Veteranus qdā ac emerit⁹ miles, in ociū tūc ſe recepat, ut nō pro ſua uirili euāgelicas adiuuaret ptes? Rñdeo. Nō nr̃a, ſed tua, uir blaſpheme, ſunt iſta v̄ba. Quid opus Roma tūc habuerit Petro, Veterano, & iā uirib⁹ defecto, nō cōiicio. Sed uideam⁹, q̄ egregie opituleť impietati tuæ v̄ba apl̃i, ꝗ ſoli ſunt adiutores mei ī regno dei. Primū, q ſunt ꝗ ſoli? Nōne hi tres, Ariſtarchus, Marcus, & Ieſus? Quid ergo fecit Epaphras? qd Lucas chariſſim⁹? qd Demas? Recepant ne iſti ſeſe in ociū? nā adiuuabāt partes euāgelicas? Nōne fateris ip̄e Lucā fuiſſe indiuiduū apl̃i comitē? Sed & Paulus ubiq; melius dat Lucæ, q̄ Demæ teſtimoniū. Ita em̄ ait in ſcd̃a ad Timot. epl̃a. Feſtina ad me uenire cito. Demas em̄ me reliqt, diligēs hoc ſeculū, & abiit Theſſalonicā, Creſcens in Galatiā, Titus in Dalmatiā, Lucas eſt mecū ſolus. Q, ſi nuda (ut ſoles) v̄ba ſeq̄ris, Lucā q̊q; nō ſp aſtitiſſe Paulo fateberis. Ita em̄ paulo inferius ſubiūgit idē apl̃s. In prima mea defenſione nemo mihi affuit, ſed oēs me dereliq̄runt, nō illis imputeť. Dñs aūt mihi aſtitit, & cōfortauit me. Qūo aūt debeāt hmōi dicta Pauli intelligi, nō ē p̄ſentis diſputatiōis, extāt cōmētarii authoreſq; ꝓbati eos cōſule, ne ſp ita delires ī cortice lr̃æ, tuæ prudētiæ innitēs. Qd āt hic dr̃ de trib⁹, ꝗ ſoli ſunt adiutores mei in regno dei, Nō pl⁹ cōtra Petrū, q̄ cōtra Narciſſum facit, qa de neutro fit mētio. Q, ſi rigorē ſeq̄ris uerborꝝ, Lucā q̊q; rapies in ociū, Quinimo & oēs apl̃os, ſil' cū. 70 diſcipulis & innumeros alios fratres & ſctōs. Paulus em̄ de trib⁹ hic dicit, ꝗ ſoli ſunt adiutores mei in regno dei, Nunqd uero ſolū Romę erat regnū dei? An v̄o multa erāt regna dei? Nunqd in uno militabat Paulus, in alio Thomas, in alio itē Andreas & Bartholomæus? Qūo aūt debeāt hmōi locutiones ſcripturarꝝ intelligi, pulcherrimis regulis & cōſiderationib⁹ declarat Iohānes Gerſon. De his aūt v̄bis Pauli ſufficiat nūc expoſitio Ambroſiana. Q, hi ſoli ex circūciſione adiutorio fuerūt ei, aſſentiētes & ꝑticipes ſnīæ ei⁹, ut iā circūcidi ulterius non debere p̄dicarent, Ideo ꝑticipes illos d̃t ſuos in regno dei, Circūcidēdū aūt eē, & ſabbata, & Neomenias ſeruādas p̄dicare, nō ſpiritale eſt, ſed terrenū. Et tm̄ de hiſce v̄bis Pauli. ¶ Ais. 4. Proin nō te habuit tūc Roma Petre, Nego cōſequētiā rhetor iprobiſſime, tū qa v̄ba Pauli peſſime itelligis, ut dictū eſt, tū qa tāta erat Roma, ut uel ſexcēti Petri & Pauli copioſam habuiſſent ad meſſem dñi ſegetē. Neq; erāt tūc tpis Romæ chr̃ianorꝝ tēpla, ut nūc. Vbi licuiſſet q̄tuor aut qnq; milib⁹ hoīm ſil' uno in loco p̄dicare v̄bū dei, q̊d certe ī theatro aut in foro aut ī circo fieri, neq; cōgruebat, neq; ꝑmittebať. Poterat igiť una ī domo, aut uno ī loco p̄dicare Paul⁹, in alio Petr⁹ ī alio itē Andronic⁹, & ī alio ali⁹. Nā ſi ter ſexcēti affuiſſent, facile repiſſent laboris materiā.

In ꝑſuaſ. vi.

Coloſ. iiii.

ii. Timo. iiii.

Coloſ. iiii.

Ambro. ī epi. Paul. ad Coľ.

In domib⁹ p̄dicauerūt Romę primi chriſtiani.

¶ Perſuaſio undecima.

Et qd hic habes, magne rhetor, niſi ꝙ nō ſalutat Petr⁹ in epl̃a Pauli? Nunqd uero in ea ſalutat quēpiā epūs tuus Narciſſus? Quid autem

 fuerat

fuerat Petro negocij cũ Philemone, ut neceſſario eũ ſalutaret in ep̃la Pauli? Quid, ſi in alia fuerit domo, forte & in alia platea & regione urbis, Petrus, q̃ Paulus, qñ ſcripta eſt illa ep̃la? Quid, ſi Paulus nihil de illo epiſtolio familiari dixerit Petro, qñ illud ſcripſit? Quid itẽ, ſi Petrus tũ euocatus, ex cã aliq̃ neceſſaria, fuerit in confinibus, oppi-dove propinq̃, qñ Philemoni ſcripſit Paulus? Quæ em̃ erat res tã ardua illius ep̃læ, ut ſine Petri aut ſubſcriptione aut ſalutatione tranſigi nõ potuerit? Tu tñ ex ſtultiſſimo hoc tuo argumẽtandi gñe (negatiuo ſcꝫ ab authoritate) grãdiſona inflatus bucca, exclamas ĩ hæc uerba. Proh pudet me tot ſeculoꝝ, q̃bus Paulinæ lr̃æ, tineis corroſę ſitu ac pedore fœdatæ, intra angulos delituerãt, paſſimq́ꝫ ab oib⁹ negligebant. O egregiũ uentris crepitũ, q tã probe ꝑcacat oẽs eccl̃iæ doctores, ſcꝫ, incognitæ fuerũt lr̃æ Paulinæ Ignatio, Tertulliano, Origeni, Cyp. Athana. Amb. Hieronymo, Aug. & id genus reliquis oibus, q affirmauerũt B. Petrũ Romæ fuiſſe. Vnus nũc tandẽ ſurrexit propheta nouus, q ſolus adeo multa Pauli loca uidet uel aptiſſime dicere, ꝙ nunq́ꝫ fuerit Romæ Petrus. Hic uero maxĩe. Quid ita? q̃a Philemonẽ nõ ſalutat Petrus, in ep̃la Pauli. Quid ego ad impudẽtiã uſq́ꝫ adeo ueſanã hic reſpõdeã. Vtinã obtegere mihi liceret hunc Germaniæ pudorẽ, ne uiderẽt & riderẽt reliquæ nationes

Crepitus Veleni.

¶Perſuaſio duodecima.

Quid ſibi uult tã lõga Neronis hiſtoria? Dic primũ, q̃to anno Neronis Romã uenerit Paulus, q̃to deinde dimiſſus, q̃to deniq́ꝫ reuerſus ſit. At ſi hæc certa nõ ſunt tibi, q̃ q̃ſo temeritate dicis tã ſecure, ꝙ p⁹ decẽniũ iterꝝ Paul⁹ in uincula relapſus ſit? Certe ſi Ioſæphũ de bello Iudaico, & Lucã in actib⁹ ap̃loꝝ pẽſiculatius inſpexeris, haud ita facile pronũciabis. Ioſæphus ꝓfecto ait. Reliq̃ Iudææ (q̃ ſcꝫ regno Agrippæ nõ erant ſubiecta) Felici ꝓcurãda dedit Nero. Fœlix ãt (teſte Luca) biennio expleto, ſucceſſorẽ accepit Portiũ Feſtũ. Q;diu ãt mãſerit ſub Feſto Paulus Cæſareæ, nõ ſatis cõſtat, Multos tñ dies cõmemorat Lucas, ꝑ q̃s Feſtus iã aſcẽdit Hieroſolymã, iã Cæſareã reuerſus, ſedet pro tribunali, in cã Pauli & Iudæoꝝ, interpoſita ãt appellatione a Paulo, cũ dies aliq̃t tranſacti eẽnt, uenit Cæſareã Agrippa rex, ad ſalutãdũ Feſtũ. Cũq́ꝫ dies plures ibi morarẽt, Feſtus regi indicauit de Paulo, Inde pulcherrima eſt illa Pauli corã Agrippa rege orõ. Quãtũ uero tp̃is inſumpſerit Pauli a Cæſarea ad urbẽ Romã nauigatio, q̃s facile definiat? Certe nõ breui tp̃e facta eſt toties mutatio nauiũ, toties ſtatio, iã cõtrarij uẽti, iã tẽpeſtas hinc inde nauẽ iactitans, mõ ad Syrtes, mõ in Hadriã, deniq́ꝫ & naufragiũ, & inſulare naufragoꝝ hoſpitiũ, tẽpuſq́ꝫ hyemãdi. Poſt tres em̃ mẽſes inde nauigauerũt, & diebus aliq̃t manſerũt Syracuſis, Rhegij, atq́ꝫ Puteolis, priuſq̃ Romã ꝑuenirẽ. Romæ aũt mãſit Paulus biennio toto in ſuo cõductu, docẽs cũ oĩ fiducia, ſine prohibitiõe. Nũc cõputa, ſi uis, iſta

An Paul⁹ p⁹ decẽniũ relapſus ſit in uincula.

Ioſeph⁹ de bello Iu. li. ij. c. x.

Act. xxiiij.

Act. xxv.

Act. xxvi.

Act. xxvij.

Act. xxviij.

uis,iſta tp̄a,& procul dubio inuenies in eis annos Neronis .5. nẽpe
bienniũ Fœlicis in Iudæa,bienniũ Pauli Romæ,mora itẽ Pauli Cæ-
ſareæ,tẽpuſq; nauigãdi & hyemãdi naufragĳq; utiq; poterũt apud
recte cõſiderãtes annũ cõſtituere.Qũo igit̃ dicis Paulũ poſt decen-
niũ iteꝝ in uincula relapſum eẽ,Nerone iã tyrãno,nõ imp̄atore ex-
iſtẽte?Certe qnq; & decẽ nõ faciũt.13.aut.14.ſed.15.Quis aũt dt Ne
ronẽ.15.ãnis imp̄aſſe?uariãt qdẽ autores,nemo tñ ei.15.annos attri- Ioſæp. de bel.
buit.Probatiſſimi aũt hiſtorici dãt ei,alĳ annos.14.alĳ minus. Ioſe- Iu li.v.ca.xi.
phus em̃ ait,Nero p̄emptus eſt,cũ p̄ annos.13.& dies.8.imperaſſet, Cõtrarius ſi-
Quis deinde dixit tibi,ꝙ Paulus ultimo primũ anno Neronis rela- bĳpi Velenꝰ.
pſus ſit in uincula?Inſpice q̃ſo uerba tua diligẽtius.Ais em̃,Hic igit̃
Neronẽ loqris,pro ſua erga oẽs bñuolẽtia,Paulũ tũc tp̄is dimiſit li-
beꝝ,Reliqs aũt nouẽ imp̄ĳ ſui annis,in oẽm luxũ,turpitudinẽ,trucu
lentiã ſe effudit.Qũo igit̃ ſubiũgis,ſæuiẽte iã Nerone,poſt decẽniũ
iteꝝ Paulus in uincula relapſus eſt?Quid ſtultius,q̃ Neroni nouẽ tã-
tũmõ annos a dimiſſione Pauli,reliqs facere , Paulo aũt decẽ inte-
gros(ais em̃ pꝰ decẽniũ)ãnos dare,ut ſub Nerone i uincl'a ẽ relapſus
Illius aũt dicti,in ep̄la.2.ad Timo.In prima mea defenſione nemo ĳ. Timo.iiĳ.
mihi aſtitit,ſed oẽs me dereliquerũt,haud una eſt expoſitio,Ambro Varia expõ
ſius em̃ p̄ defenſionẽ hic preſſurã & tribulationẽ intelligit . Athana- de prima defẽ
ſius & Chryſo.illud tp̄s intelligũt,q̊ primũ cõſtitutus fuit Paulus co ſione Pauli.
rã Nerone.Nemo fideles,q Paulũ ſolũ dereliq̃rant,tã grauiter,ut tu
facis,incuſat.Oẽs em̃ dicũt,id factũ eẽ timore,nõ malicia,nõ p̄fidia.
Vñ & ap̄ls ipſe ſubiũgit,nõ illis imputet̃.Q;aũt q̃ris,ubi tũc Petrꝰ
fuiſſe cẽſendus ſit?Rñdeo,nõ temere(ut tu ſæpiſſime facis ) definio,
ꝙ neſcio,Dic tu,ſi potes,ubi tũc fuerit,cũ hoc nusq̃ ſit ſcriptum.
Qd aũt ſubiũgis,Romæ reuera nõ fuit,alioq Paulo cauſam pro ca-
pite apud Neronis tribunalia p̄oranti,& ſeſe defendẽti,eũ nõ adfu-
iſſe,iniquũ prorſus fuiſſet.Rñdeo,Nequaq̃ fuiſſe iniquũ,Petrum eo
tp̄e,& Romæ fuiſſe,& Paulo corã Nerone nõ aſtitiſſe.Primũ, qa &
Petrus adhuc hõ erat mortalis,q naturał'r timebat mortẽ,nã dñs ip
ſe p̄dixerat ei,Cũ ſenueris,extẽdes manus tuas,& alius te cinget, & Iohan. ult.
ducet q̊ tu nõ uis.Poterat igit̃ & Petrus,ſicut cæteri,naturali mor-
tis & tormẽtoꝝ timore,latitare tũc & fugere Neronis aſpectũ.De-
inde ,nõ tenebat̃ Petrus ſpõte obuiã ire lætho manibuſq; hoſtium.
Tertio,nihil profuiſſet Paulo apud Neronẽ Petri p̄ſentia . Quãtũ ei
ad cauſæ defenſionẽ p̄tinebat,Paulus p̄ ſeſe & eloquẽtiſſimꝰ erat &
oĩ prudẽtia inſtructiſſimus,nõ igit̃ egebat Petri patrocinio, Quãtũ
uero ad interceſſionẽ aut uim attinet, paup̄ & deſpectus fuiſſet apd'
Neronẽ Petrus,habitu Iudæus, religione chr̃ianus,natione Galilęus
paup̄,ſine p̄cioſo ueſtitu,ſine domo,ſine familia,nõ ciuis Ro, nõ mu
niceps,nõ aulicus,nõ p̄ſes aut p̄fectus,nullo mundi honore aut di-
gnitate cõſpicuus,Ad qd igit̃ aſtitiſſet Paulo apud Neronẽ, cum in

nullo potuiſſet eũ ibi iuuare? Quarto, magis poſſet uideri iniquũ, ſi Petrus abſq; neceſſitate, ſpõte adiiſſet cũ Paulo mortis periculũ, a Neronis tribunalia, quaſi appeteret mortẽ, ut ſic eccl'ia ſummis duobus uerticibus, paſtoribuſq; uno tp̃e, priusq̃ eſſet neceſſariũ, priuaret, Nõne iuſtius cogitare poterat, Melius eſt altero, q̃ utroq; p̃ſente orbari pupillos eccl'iæ, Si forte Paulus, q certe nõ ſponte, ſed uinct⁹ ad hanc neceſſitatẽ uenit, e medio ſublatus fuerit, nõ cõuenit, ut ego ſponte & ſine oĩ utilitate (cũ opẽ illi nullã prorſus apud Neronẽ ferre queã) in idẽ periculũ me dedã. Ne Chr̃s, q mihi maxime oues ſuas cõmiſit, puniat me, uelut ouiũ ſuarũ deſertorẽ. Quinto. Noluiſſet Paulus ipſe aſtitiſſe ſibi tũc Petrũ. Quid ita? qa ſciebat illũ & eccl'iæ eſſe adhuc neceſſariũ, & ſibi apud Neronẽ inutilẽ, Imo & nociuũ, qa minime grata fuiſſet Neroni p̃ſentia Petri, quẽ iã pridẽ oderat pro-

Lib. iii. hiſto. pter Symonẽ magũ (ut refert Egeſipp⁹) publice cõuictũ ab eo & cõfuſum, cũ fuiſſet Neroni chariſſimus, facile ꝑfecto foret, multo plures adducere rationes, niſi uitanda eſſet prolixitas

¶Perſuaſio tredecima.

Hic q̃q; rurſus negatiue arguis ab autoritate Quis igiť nõ afficiať tedio, toties r̃ndere ad unũ idẽq; argumẽtandi genus adeo ineptum? ¶Ais primo. Notũ eſt Lucã, indiuulſum toti⁹ ꝑegrinatiõis Paulinę fuiſſe ſociũ. Quõ ergo iã ꝓxime ſuꝑ dixit Paul⁹. In prima defenſiõe

ii. Timo. iiii. Lucas nõ ubiq; affuit Paulo. mea nemo mihi aſtitit, ſed oẽs me dereliq̃runt? Tu ỽo hic dicis. Nã cũ Oẽs etiã a Paulo defecerint, hic ſol⁹ nũq̃ ei nõ adhærebat, nõ minis, nõ uinculis, nõ ſexcẽtis ꝑſecutionib⁹ ꝑterrit⁹. Si ita eſt, cur Paulus afficit eũ iniuria dicẽs, Nemo mihi aſtitit, Oẽs me dereliq̃runt? Nihil ſane derogo meritis Lucæ, Fuit tñ & ipſe hõ, & potuit in ꝑiculo & ꝑſequutione, naturali mortis metu, interdũ pauliſꝑ fugere, p̃ſertim ubi nõ poterat iuuare. Neq; ſatis certũ eſt, an ꝑ oẽm ꝑegrinatiõnẽ fuerit ſꝑ cũ Paulo. Vbi eñ ſcriptũ eſt, q̃d fuerit cũ eo & Barnaba in Cypro? Vbi in Pamphilia? ubi in Lycaonia? ubi in Arabia? ¶Ais ſecũdo. Nullã tñ alicubi mentionẽ de Petro facit, An uel alloquio Paulũ aliq̃n dignatus fuiſſet toto hoc biennio, uel quid rerum Petrus Romæ fecerit interim, dũ Paulus uerbũ dei ardentiſſime il-

Nõ oĩa ſcripſit Lucas in actibus lic tum deprædicaſſet. Iam ſæpiſſime reſponſum eſt. Nõ oĩa ſcripſit Lucas, An non infinito plura, & dixit, & fecit Paulus, q̃ ſint ea, q̃

Act. xi. Lucas cõmemorat? An non dignæ uidebantur Pauli epiſtolæ, ut de ipſis fieret mentio in hiſtoria, ubi ſaltem & quando & quam ob cauſam fuerint ſcriptæ? Quid añ ſocietatem Barnabæ fecit Paulus Tharſi? Quid dixerit Antio chiæ toto deinceps anno? Quid poſtea dixit Hieroſolymis, quando ipſe ſimul cũ Barnaba ex Antiochia fratribus in Iudæa eleemoſynas attulerunt? Cur non ſcrpſit ſaluberri

Act. xviii. mos eius ſermones, quos poſtea Corinthi habuit per annum & ſex menſes? An uero nõ plura dixit & fecit Epheſi per bienniũ, in ſchola tyrãni

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

la tyranni cuiuſdā quotidie diſputans,q̄ Lucas narrat? Quid mirum igit,ſi & ea omiſit,q̄ Petrus cū Paulo Romę colloquut⁹ eſt & fecit?

¶Ais tertio. Qui uſq; adeo Pauli ſtudioſus fuerat,, ut quicquid hactenus de eo cōpererat,cuncta in ſuā hiſtoriā diligentiſſime congeſſerit. Iam diximus,Lucā nō cuncta,quæ de Paulo cōpererat,ī hiſtoriam retuliſſe. An uero non cōpererat,cū poſt conuerſionē abiſſe in Arabiam? Cur igit totius illius trienniſ & aliquot item annorū deinceps hiſtoriam,dictaq;,& facta Pauli omiſit? Cur non proſequutus eſt geſta Pauli uſq; ad eius mortē? Cur non expreſſit,ubinam fuerit,quidve egerit a biennio illo,quod Romæ peregit, uſq; ad eius paſſionē? Cur paſſionē tanti apoſtoli non adiunxit,cum multo minora narrauiſſet antea? Tu ne homo improbiſſime, cinis & lutū , legem & ſcribendi & loquendi dabis ſpiritui ſancto , cuius inſtinctu Lucas,& Euangelium & actus apoſtolorum perſcripſit? Mſta de Paulo Lucas omiſit.

¶Ais quarto. At quid hoc? Nonne non ſolū apocriphum , ſed plus q; falſiſſimum erit,Petum Romā ſecundo Claudiſ anno ueniſſe ibiq; uigintiquinq; annis epiſcopatū tenuiſſe,cuius Lucas in tam præſtātiſſima diligētiſſimaq; hiſtoria nullā mentionē facit? O ſcelus,non times,ne cœlitus tanta in B,Petrum blaſphæmia tua uindicet? Quid eſt(quæſo)plus q̄ falſiſſimum? Cur dicis Apocryphum,quod orbis terrarū uno ore per tot ſæcula confitetur? Cur autē id tibi falſum uidetur? quia nullam eius mentionē facit Lucas(inquis)in hiſtoria. ergo ne plus q̄ falſiſſimum eſt Paulū gladio occubuiſſe? Petrū in crucem ſublatum? dei genitricem in cœlos aſſumptam? Andream crucifixum? Quid em̄ de his ſcripſit Lucas in diligentiſſima illa hiſtoria Cum tamen tēporibus eius omnia iſta ſint facta? O ſceleratum rhetorem,qui ex dialectices ignorantia ſuperba præſumptione in tam impios delabitur errores. Blaſphæmia in Petrum

¶Perſuaſio quartadecima.

Neq; hic aliud agis,q̄ ꝙ negatiue iterū nugaris ab authoritate, non tn̄ ex Luca,ſed cuculino cantu rurſus ex Paulo, Quia nō ſalutat,non alloquitur,non uiſitat Paulum Petrus. At unde ſcis? quia nō eſt(inquis)ſcriptum, Ergo Chriſtus ab anno ætatis.12.uſq; ad annū. xxx nunq̄ uidit,nunq̄ ſalutauit,nunq̄ alloquutus eſt matrē ſuā? Vbi ītem hoc eſt ſcriptū? O nebulo pfidiſſime,quando tandē reſipiſces? Id certe citiſſime facies,ſi ſemel modo legas Petrum Hiſpanum. Cuculin⁹ cantus Veleni

¶Ais primo. Manifeſtiſſimū iā eſſe,circiter 27. annū ab aſcenſione dn̄i,Petrū Romę nondū fuiſſe, Nunc oſtendendū eſſe,neq;. 37.anno eum illic fuiſſe ,Primum ſatis oſtenſum eſſe arbitror,te adhuc nihil oſtendiſſe. Deinde ſatis oſtenſum eſſe putamus ex.18. demonſtrationibus,falſiſſimas eſſe has nugas tuas. Tertio, nō plus oſtēdis de. 37. anno,q̄ feciſti de.27 .Eadem eſt enim utrobiq; cantilena, Non dicit non ſcribit,non ſalutat, non aſtat.

¶Ais ſcdo,

Paulus a Nerone dimiſſus

¶ Ais ſecũdo. Qm̃ Paulus e manibus Neronis elapſus, in Hiſpaniã iter adornauerat, peractis autem ibi decem annis, rurſum ad Neronis manus deuenit. Primũ Nõ elapſus eſt Paulus, ſed libere dimiſſus

Act. xviij.

Nã iuxta Lucæ hiſtoriam, toto biennio in cõductu ſuo ſuſcipiebat oẽs q ingrediebãt ad eũ, & p̃dicabat cũ oĩ fiducia ſine prohibitione, Et uerba ipſius ad Timotheũ ſunt. Dñs aũt mihi aſtitit, & confortauit me, & liberatus ſum de ore leonis, Liberauit me dñs ab oĩ ope malo, Deinde, Nondũ ſatis certũ eſt, Paulũ, ex illa dimiſſione in Hiſpaniã abijſſe. Scimus quidẽ, eius illũ propoſiti fuiſſe, dũ ſcriberet ad Romanos, An uero ita factũ ſit, neſcimus, ſacra hiſtoria ſilet, tacẽt hiſtorici antiqui, doctores addubitant.

ij. Timo. 4.

Ro. xv.

Nõ ſp aſſecutus eſt aĩ ꝓpoſitũ Paulus

Ego profecto, q̃to magis cõſidero, tãto plus dubito, Nõ em̃ ſp habuit propoſiti exequẽdi opportunitatẽ apl̃us, ut patet manifeſte ex his, q̃ ad Romanos, & ad Corinthios ſcripſit. Ait em̃ ad Ro. Nolo aũt uos ignorare fratres, qa ſæpe propoſui uenire ad uos, & prohibitus ſum uſq; adhuc. Et ad Corin. ait. Et hac cõfidẽtia uolui prius uenire ad uos, ut ſecundã grãm haberetis, & p uos trãſirẽ in Macedoniã, & iterũ a Macedonia uenirẽ ad uos, & a uob deduci in Iudęã, Cũ ergo h̃ (inqt) uoluiſſem, nũqd leuitate uſus ſum? Aut q̃ cogito ſcd̃z carnẽ, ut ſit apd̃ me eſt & non? Et poſt pauca. Ego aũt teſtẽ (inqt) deũ inuoco in animã meã, qa parcẽs uobis, nõ ueni ultra Corinthũ. Vides igit̃ propoſitũ Pauli aliqñ ex cã aut neceſſitate ſupueniente ĩpeditũ fuiſſe, Potuit itaq; & ab Hiſpania, nouis emergẽtibus cauſis, prohiberi.

Ro. primo.

ij. Cor. primo

Cõiecturæ ꝙ redierit Paul⁹ in orientem

Certe quiſqs poſteriorẽ eius ad Timotheũ ep̃lam, trutinatius ꝑpenderit, haud leuibus cõiecturis poterit exiſtimare, Paulũ poſt primã ſuã defenſionẽ redijſſe potius in partes Oriẽtis, q̃ ꝙ abierit e Roma in partes Occidẽtis. Primũ, qa ait, deſiderãs te uidere, Memor lachrymarũ tuarũ, ut gaudio implear. Deinde. Scis em̃ hoc (inqt) ꝙ auerſi ſunt a me oẽs q in Aſia ſunt, ex qbus eſt Philet⁹ & Hermogenes In priori aũt ep̃la, alios cõmemorat, Hymenæũ & Alexandrũ, q circa fidẽ naufragauerũt, q̊s & Sathanæ tradidit. Tertio, qa de Oneſiforo ait, Cũ Romã ueniſſet ſolicite me q̃ſiuit & inuenit, Det illi dñs inuenire miſcd̃iã a deo in illa die. Et q̃ta Epheſi miniſtrauit mihi, tu melius noſti. Quarto, qa ait Demas me reliqt, diligẽs hoc ſęculũ, & abijt Theſſalonicã, De q̊ prius, ſil'r ex urbe p Tychicũ ſcripſerat Coloſſenſibus, Salutat uos Lucas medicus chariſſimus & Demas. Quinto, qa ait, Penulam, quam reliqui Troade apud Carpũ. ueniẽs affer tecũ & libros, maxime aũt mẽbranas. Nõ eſt adeo uериſil'e, ꝙ iſta aut tot annis reliq̃rit, aut poſt tot annos (nẽpe duos Romæ & decẽ, ut ais, in Hiſpaniam) repetierit primũ. Sexto, qa ait, Eruſtus remanſit Corinthi, Trophinũ aũt reliq infirmũ Mileti. Hæc me profecto uehemẽter ſuſpẽdunt, dubiumq; reddunt Nihil hic tñ affirmo, qa nõ ſatis cõſtat, ubinã fuerit Paulus, poſt illud Romæ pactũ bienniũ, uſq; ad ultimũ annum Neronis. Et

ij. Timo. pri.

I. Timo. pri.

ij. Ti. iiij

Coloſ. iiij.

ij. Timo. iiij.

Incertũ ubi mãſerit Paul⁹ poſt bienniũ Romæ.

nisi ue-

nisi uererer nimiũ prolixus fieri, Ex Athanaſio & Chryſ. aliq̃t adfer-
rẽ cõiecturas, Paulũ Romæ potiſſimũ p illa tpa mãſiſſe. Videſne igit̃
q̃ incerta ſit hoĩm cõiectura, ſi ſuæ prudẽtiæ, nõ ꝓbatis authorib⁹ in-
nitat̃? ¶ Ais tertio. Qui ergo fieri potuit, mi Paule, ut ſolus cũ Luca
Romæ fueris? O doctor gẽtiũ, facile id tuę cedo ueracitati, Petrũ Ro
mæ nũq̃ te uidiſſe, & alijs recedẽtibus ſolũ cũ Luca remãſiſſe. Rñdeo
O apl'e magiſter (ut ipſe fateris) gentiũ, in fide & ueritate, noli huic ij. Timo. pri.
nebuloni, q ſine fide & ueritate loquit̃, ſacras pbere aures. Vindica
martyrij & ſepulchri tui locũ ab hoc ſacrilego, repelle tot in collegã
tuũ impij huius blaſphæmias, Dic, qũo ſolus erat tecũ Lucas, cũ tot
eſſent (q̃s p epl'am ſalutaueras) in urbe frẽs chr̃iani? At dignus nõ eſt Roma. xvi
Spurius iſte incircũciſus, audire uerba tua, Paule ſacratiſſime. Ego
itaq; pro te interim illi rñdebo. Audi ſacrilege, ſol⁹ erat cũ Paulo Ro
mæ Lucas, Nõ q; pter hos duos, nulli fuerint tũ Romæ chr̃iani alij, ij. Timo. iiij.
ſed q̃d cęteri, q̃s in miniſteriũ ſibi Paulus aſſociauerat, pter Lucã oẽs Solus Lucas
ab eo receſſerãt, qdã officioſe, ut q̃s alio miſerat, qdã uero pfide & eſt mecum
malicioſe, ut Demas, diligẽs hoc ſæculũ. Ex ijs igit̃, q Romã fuerant
comitati Paulũ, ſolus Lucas eo tpe, qñ ſcripta eſt illa epl'a, cũ Paulo
remanſit. Quis aũt credat cæteros in urbe chr̃ianos hic a Paulo no-
tari, q̃ꝝ tantus erat nũerus? Credibile eſt igit̃ Petrũ adijſſe & abijſſe
a Paulo, ſ3 nõ fuit in miniſterio eius, neq; eũ ſic fuerat comitat⁹, ſicut
Lucas, Ariſtarchus, Tychicus, Titus &c. ¶ Ais q̃rto. Nihil me mo-
uent uerba ſacræ ſcripturæ tyrãnoꝝ, q Chr̃m ac tua dicta adultera- Iniuria Vele-
re, fœdiſſimeq; proſtituere, ĩ delicijs hñt. Rñdeo. Et me certe nihil mo ni ĩ doctores
uerẽt uerba tua, ſi in me ſolũ, nõ in tot ſctõs iniurioſiſſime dicerẽtur,
ſcandalũ infirmis, infidelibuſq; irridẽdi materiã pbentia. Vbi quęſo
Chr̃s? ubi Paulus dixit Petrũ Romæ nunq̃ (ut tu ais) fuiſſe? Cur ſo
li Petro uſq; adeo negatiuis tuis ineptijs es infeſtus? Cur nõ oñdis no
bis, ubi Narciſſus tuus Eps̃ aſtiterit Paulo, ubi uiſitauerit eũ, ubi ſit
alloquutus? Cur Petrũ igit̃ potius, q̃ Narciſſum Romę fuiſſe negas?
Narciſſum nr̃o aſſerit fuiſſe Ro. epm De Petro aũt nemo unq̃ dubita
uit pter te unũ. Quo tu igit̃ piaculo inexpiabili, tot ſctõs martyres,
totq; doctores ſummos (q̃s in. 18. demõſtrationibus nr̃is allegamus)
uocas ſacræ ſcripturæ tyrannos, adulteros, & proſtitutores?
¶ Ais q̃nto. Potuit certe Oneſiphorus hic a Petro, ſi tũc fuerat Romę Oneſiphorus
certior effici, q̃ locoꝝ Paulus Romæ ſeſe cõtinuerit. Sed dic q̃ſo, q̃s Pli. li. 3. ca. v.
in tanta urbe (q̃ nulla unq̃ fuit maior, ſi credas Plynio) Oneſiphoro
tã cito diceret, ubinã habitaret Petrus? Putas ne Petrũ tale ac tantũ
habuiſſe Romæ palatiũ, ſicut nũc hñt Ro. pontifices? Quid, ſi Ephe-
ſius iſte ex hoĩbus Aſiaticis citius faciliuſq; pueſtigauerit, ubinã ha-
bitaret Paulus (q Epheſi diu uerſatus fuerat) q̃ ubi Petrus, q nullam
Epheſi legit̃ feciſſe morã? ¶ Ais ſexto. Mirũ, ſi Paulus neminẽ pterit,
a q̃ aliqd pſentiſceret bñficij, q; Petrũ Romanũ (ut aiunt) incolã, ſuũ

nūq̃ ſcribit aduiſitaſſe carcerē. Rñdeo. Miꝝ profecto magis, te adeo ſtolidum eē, ut in tam longa uerboꝝ pompa, ne ſemel q̄dē uideris, te nihil aliud dicere, niſi negatiue toties contra dialecticen arguere. Non ſcribit, non dicit, non ſalutat. An uero nō eſt loquutus in Paulo ſpiritus ſanctus? Huic tu loquēdi legē imponas?

Nō oīa uidet Velenus. ¶ Ais ſeptimo. Nō uideo, cur ex induſtria ſupprimere Petri nomen uoluiſſet, cuius alioq̄ ſp̄ fuerat obſeruātiſſimus. Rñdeo. Quis es tu ut uideas oīa? Cur & Paulus & Lucas ſupp̄ſſit nomē Marię matris dñi ab anno primo poſt aſcenſionē dñi uſq; ad annū. 15. q̄ in cœlos credit̃ aſſumpta? Cur ſuppreſſerūt noīa ſenioꝝ, p̄ſertim apl'oꝝ, in ſyno-

Act. v. do, ſolū Petrū & Iacobū nominātes? Cur Paulus cōmemorat & Iohannē ſibi dexterā ſocietatis dediſſe, tacente id Luca in hiſtoria? Tu ne puluis uideas omnia quæ uoluerit ſpiritus ſanctus?

¶ Perſuaſio. XV.

Indocta argumentatio. Ecq̄d hic habes, niſi q̄d Petrus nō legit̃ apud Senecā fuiſſe? Quid, ſi forſitan fuit, & nemo ſcripſit? Quid, ſi q̄ſpiā ſcripſerit, & dep̄dit⁹ ſit liber? Vides igit̃ cōſuetū tuū ubiq; argumētū, Sed eſto. Nunq̄ fuerit apud Senecā Petrus. Qua tu cōſequētia inferes, ergo nūq̄ fuit Romæ, Dic, ſi potes, ubi ſcriptū ſit Paulū Hieroſolymis fuiſſe ap̄d matrē dñi. Si nō potes, Cur nō īfers ſilr̄, Paulū nūq̄ fuiſſe Hieroſolymis

Mors Senecæ ¶ Ais primo, Ep̄ras Pauli ad Senecā, nōnullis argumētis tunc fuiſſe ſcriptas arbitror, cū Paulus ſecūdo iā Neroni p̄ſentaret̃. O chronicū

Euſe. in chro. & hiſtoricū egregiū, dic (q̄ſo) q̄ anno eſt a Nerone iuſſus mori Sene-

Hier. de ui. il. ca? Euſebius certe in. xi. annū id refert, Et Hieronymus ait. Hic ante bienniū, q̄ Petrus & Paulus coronarent̃ martyrio, a Nerone interfectus eſt. Nolo tibi rurſus q̄nquēniū Neronis & decēniū Pauli obijcere, Dic (q̄ſo) q̄ties dixiſti, Paulū ultimo Neronis anno in uincula relapſum eē? Cū ergo Seneca, xi. aut ad ſummū. xij. anno Neronis uenaꝝ inciſione mortē obierit, q̄uō tu dicis, ultimo Neronis anno has ſcriptas eē ep̄l'as? Sed uideamus argumēta tua. Primū, inq̄s, q̄a iam Nero Cæſar furibūdus, atrox &c̄. q̄d de priori eius quinquēnio nullus credere p̄t, Hui q̄ belle, q̄ſi uero inter primū Neronis q̄nquēniū, & ultimū eius annū, nihil t̄pis fuerit intermediū. Vbi eſt ergo illud tuum decēniū? An uero ſolū ultimo anno petulcus & atrox fuit Nero Secundo inquis. quia id tēporis Paulinæ ep̄l'æ, quas, ubi in priori captiuitate Romæ teneret̃, ad quaſdā eccl'iaꝝ direxerat, ad manus Senecæ iā tūc deuenerant. Quod priori biennio, q̄ Romę tenebat̃ Pau-

Ep̄la Senecæ ad Paulum. lus, fieri non potuit, Proh q̄ tædet me, ad ſingulas nugas tuas rñdere? Sed q̄ ſunt tandē illæ ep̄l'æ? Etem̄ ſeptima in ordine illaꝝ ep̄l'aꝝ ita incipit. Profiteor bñ me acceptū in lectiōe lr̄aꝝ tuaꝝ, quas Galatis, Corinthijs, & Achæis miſiſti. Nunc oſtēde, ſi potes, has Romæ in p̄mo Pauli biēnio ſcriptas eē, Nos eā, q̄ ad Galatas ſcribit̃, ex Epheſo ſcriptā eē, ſup̄ oñdim⁹. Q, aūt, nec prima, nec ſc̄da ad Corinthios Romæ ſcripta ſit, ipſe Paul⁹ oñdit, Nā in priore d̄t. Salutāt uos oēs

ecclię Aſiæ, Salutãt uos in dño mltũ, Aqla & Priſca cũ domeſtica ſua I.Cor.ult.
eccľia, apũd q̊s & hoſpitor. Cõſtat ãt ex actib⁹, illos cũ Paulo e Corin
tho Epheſum ueniſſe, q̊s ibi Paul⁹ reliq̃t, dũ Galatiã & Phrygiã per Act.xviij.
ambularet, Epheſi igit̃, nõ Romę priorẽ ſcripſit epľam ad Corinthi- ij Cor.ij.
os Paulus. In poſteriori aũt ait. Cũ ueniſſem aũt Troadẽ propter Euã
geliũ Chr̃i, & oſtiũ mihi apẽtũ eẽt in dño, nõ habui requiẽ ſpũi meo,
eo ꝙ nõ inuenerim Titũ fratrẽ meũ, ſed ualefaciẽs eis, ꝓfectus ſum
in Macedoniã. Et infra. Notã aũt facimus uobis frẽs grãm dei, q̃ da- ij.Cor.viij.
ta eſt in eccleſiis Macedoniæ. Et iterũ. Scio em̃ prõptũ aĩm ur̃m, ꝓ q̊ ij.Cor.ix.
de uobis glorior apud Macedones. Quis itaq; nõ uidet hãc epľam
in Macedonia, nõ Romę ſcriptã eẽ? Q̃d aũt Seneca d̃t, Corinthijs &
Achæis, forſitan priorẽ ad Corinthios, & poſteriorẽ ad Achæos ui
dit intitulatã, cũ Achaiæ metropolis ſit Corithus, Aut ſi ab his dua-
bus alia fuit Pauli ad Achęos epľa, eã nõ habem⁹, Sicut neq; eã, quã
ad Laodicẽſes (ut ipſe Coloſſeñ. teſtat̃) ꝑſcripſit. Tertio inq̃s, Q. Se Coloſ.iiij.
neca in una epľaꝝ ad Paulũ meminit Romani incẽdij a Nerone fa-
cti, q̊d ad finẽ declinãte Neronis impio factũ ẽ. Quis rogo p̃ter te unũ Incẽdium Ne
d̃t, incẽdiũ ill̃d ultio Neronis anno factũ eẽ? An ṽo ultimo ſolũ an- ronianum.
no declinauit Neronis impiũ? Euſebi⁹ aũt reponit illud in. x. Nero-
ronis annũ dicẽs. Nero, ut ſiĩitudinẽ ardẽtis Troiæ inſpiceret, pluri- Euſe.in chro.
mã partẽ Ro. urbis incẽdit, Idẽ referũt etiã Suetonius & Eutropius,
Q̃d aũt incẽdiũ illud nõ fuerit ultimo Neronis anno, clariſſimos ha-
beo autores, C. Pliniũ, Cor. Taci. & Suet. Tranq. Meminit ſane do-
mus aureæ Neronis Plini⁹ lib. 36. ca. 15. Qua incẽdio illo abſumpta,
alterã poſtea maiorẽ etiã extruxit. Tacit⁹ aũt & Sueto. in medio re
rũ Neronis, illi⁹ incẽdij faciũt mẽtionẽ, ṽba ſane Cornelij ſunt, Cæ- Cor.Ta.li.xv
teꝝ (inq̃t) Nero uſus ẽ p̃riæ ruinis, extruxitq; domũ, in q̃ haud ꝑin-
de auꝝ & gẽmæ eẽnt, ſolita pridẽ & luxu uulgata, q̃ arua & ſtagna
& in modũ ſolitudinũ, hinc ſyluæ, inde apta ſpacia & ꝓſpect⁹, Ma-
giſtris & machinatorib⁹ Seuero & Celere, q̃bus ingeniũ & audacia
erat, etiã q̃ natura denegaſſet ꝑ artẽ tẽtare, & uirib⁹ pricipis illudere
Narrat deiñ cruciatus chr̃ianoꝝ, & de reb⁹ Neronis ſupaddit libros
paulo minus q̃ duos. Quid aũt Sueroni⁹ referat eadẽ de domo alijſ-
q; Neronis reb⁹ poſt ill̃d incẽdiũ, admodũ ꝓlixũ eẽt referre. Quę ãt
in Oroſiũ hic dicis, iniurioſiſſima ſunt, nec ulla r̃nſiõe digna, nã ſi uis
credi Oroſio, cur dicis eũ decipi? Si non uis, cur contra non allegas?
¶ Ais. 7. Qñq̃dẽ lege cautũ fuerat, ne q̃ſpiã chr̃ianũ aut Iudęũ alloq̃
retur. Ita ne cautũ erat? Quis hoc dicit? Cur uos nouam rẽ dicitis ex
communicationẽ? Vbi eſt alta nationũ pax? ubi cois omniũ gẽtium
patria Roma? ¶ Ais tertio, Vel quod Senecæ non erat integrũ, Pau-
linum carcerẽ aduiſitare, ne quid exinde tyrannum offenderet, aut
ipſe conijceretur in carcerẽ. R̃ndeo. Oſtẽde mihi quæſo illis ex epľis,
Paulum fuiſſe tum in carcere Certe in epľa ſeptima hęc inſunt ṽba,

 Cõfiteor

Sene. ad Paulũ, epl'a. vij

Confiteor (inqt Seneca) Auguſtũ ſenſibus tuis ꝑmotũ, cui, lecto uirtutis in te exordio, iſta uox fuit. Mirari eũ ſic poſſe loq, ut q nõ legiti me imbutus ſit, taliter ſentiat, Cui ego reſpõdi, ſolere deos ore innocentiũ effari. Et in octaua epl'a hæc recitant̃ Pauli ad Senecã uerba. Licet nõ ignorẽ Cæſarẽ nr̃arꝫ rerꝫ adiutorẽ, ſi qñ deficiet admirator eſſe, permittes te tñ nõ lædi, ſed admoneri, Et poſt in. 12, epl'a ait Seneca. Aue mi Paule chariſſime, ſi mihi noĩcꝫ meo uir tantus, & dilectus oĩbus modis, nõ dico fueris iunctus, ſed neceſſario mixtus, actũ erit de Seneca tuo. Cũ ſis igit̃ uertex, & altiſſimorꝫ oĩm montiũ cacumen, noli latere, ita ſum tibi proximus, ut alter ſiI'is tui deputer, Nã q tuus eſt apud tuos locus, uelim, ut apud meos ſit meus. Vale Paule chariſſime, Vides igit̃ dubiũ eẽ uehemẽs, an eo tp̃e in carcere fuerit Paul⁹. ¶ Ais 4. Neuter tñ Petri alicubi meminit, q. 25. annis iã tũ Romæ agere debuerat, nõdũ tñ Senecæ doctiſſimo, & in chr̃ia nos benigniſſimo hoĩ cognitus. Rñdeo. Argumẽtũ eſſe negatiuũ (ut oĩa tua) ab autoritate. Deiñ oſtẽſum eſt iã ſup̃, has epl'as ultimo Neronis anno nõ eẽ ꝑſcriptas, ſi mõ unq̃ a Paulo & Seneca ſcriptę ſunt, Tertio. Fieri potuit, ut in urbe adeo magna, nõ ſolũ. 25. ſed etiã ter 25. annis alter alteri fuerit & mãſerit incognitus. Quarto, etiã ſi oĩa iſta tuæ conſonarẽt (q̊d nõ faciũt) impietati, tñ nihil cõtra nos efficeres, quia eccleſia eas Pauli epl'as nequaq̃ accepit pro canonicis.

Eplę Pauli ad Senecã Apocriphæ

¶ Ais qnto. Sed qs, niſi forte exoculatus, nõ uideat oĩa hic repugnare, peſtiferæ huic opinioni, ꝙ Petrus Romã unq̃ uenerit. Rñdeo, Nemo certe, niſi mẽtis oculo penitus priuatus, nõ uidet, iſtas Pauli ad Senecã epl'as, necꝫ probare necꝫ improbare, Petrũ Romæ fuiſſe, qa nullo uerbo faciũt eius mẽtionẽ. Cur aũt Paulo iratus fuerit Nero, hanc referũt Athanaſius & Chryſoſtomus rationẽ. Vbi uero pincernã (inqunt) Neronis inſtituit, ac fidei ſacramẽtis iſtruxit, tũc iã ip̃m capite truncauit. Aliã itẽ cauſam recitauimus ſup̃ ex primo Chryſoſtomi libro de uita monaſtica, & plures aliæ poſſent afferri, licet potiſſimã fuiſſe arbitror: ædictum ꝑſequutionis.

Chry. ij. Tomo. & hom̃. x

## ¶ Perſuaſio. XVI.

Poſt abuſum ſcripturarꝫ cõuertis te ad uafriciẽ ꝟboſę improbitatis Quid em̃ uſcꝫ adeo ĩprobe obijcis nobis ea, q̃ Lino aſſcribunt̃, cũ tu ipſe Lini nõ eẽ cõfitearis? Si nos libellos illos, necꝫ approbam⁹, necꝫ recipimus, qd opus eſt eorꝫ allegatione? Quæ aũt de Ioſæpho dicis, poſtea uidebimus, ex ordine. ¶ Ais primo. Neminẽ adeo hebetem ac ſtupidũ puto, qn intelligat Petrũ, nõ mõ Romæ paſſum nõ fuiſſe ſed ne eũ fuiſſe illic qdẽ. Ego ꝟo Velene, neminẽ adeo impiũ ac cęcũ exiſtimo eẽ, q tibi credat, & lectis his nr̃is, nõ uideat, q̃ improbę ac inſcite rẽ tuã propoſueris. ¶ Ais ſcđo. Et ne qs moueat̃ inuerecũda illa Ro. curiæ uoce, tot teſtimonia proferẽtis ꝑpẽdat ſecũ, q̃ itẽ de paſſione Petri & Pauli alterutrũ cõueniant authores. Huic calũnię ſatis

rñſum

rñſum eſt ſup̄ circa primã pſuaſionẽ. Cõueniunt em̃ in hoc, ꝙ om̃es
affirmant q̃ tu negas, ſcȝ, Petrũ fuiſſe Romæ, Petrũ fuiſſe primũ Ro.
eccl'iæ Ep̄m, Petrũ & Paulũ Romæ martyrij coronã ſuſcepiſſe, utrũ⸗
qꝫ eẽ a Nerone occiſum. ¶ Ais tertio. Ambro. ſermone illo. 67. de
Petri & Pauli martyrio diſſerẽs, dicit. Vna die, uno in loco, unius ty
ranni tolerauere ſniam. Quid putas Velene? tibi ne credat̃, hoĩ ob⸗
ſcuro impudẽti & irreligioſo, potius q̃ huic p̄clariſſimo eccl'iȩ docto
ri? Quis hactenus hæ reticoꝝ refutauit teſtimoniũ Ambroſii? Aut
neſcis, q̃tus fuerit ille in oculis Pelagij & Iuliani? Quid habes q̊d cõ⸗
tra hunc teſtẽ excipias? ¶ Ais q̃rto. Et hȩc cũ multis alijs cois ẽ ei o⸗
pinio, imo totius Rom. eccl'iæ. Tanto igit̃ uerior, firmior ac tutior, q̃
tua nouæ impietatis aſſertio, quã nemo credit, niſi impius, nemo ãt
firmat, niſi impudẽs, nemo defendit, niſi hæreticus. Q̃to igit̃ meli⸗
us eſt, cũ Ambroſio, Hiero. Aug. alijſqꝫ id genus probatiſſimis au⸗
thoribus & cũ Ro. eccl'ia, te iudice, errare, q̃ tecũ bñdicere?

Paſſiões ap'lo rũ Lino & Dionyſio aſſcriptæ.

¶ Ais q̃nto. Falſa uero eẽ hæc, paſſiones utriuſqꝫ, ſub noie diſcipulo
rũ Pauli cõfictæ produ͂t. O impudẽtiã ſingularẽ, ex cõfeſſo falſos te⸗
ſtes adducere cõtra ueritatẽ, Si cõfictæ ſunt, cur allegas? Si uerȩ, cur
nõ credis? quaſi uero nos nõ alios habeamus ueritatis nr̃æ teſtes, q̃
cõfictas (ut ais) illas paſſiones. Quis nr̃m illas allegat? Lini q̃dẽ libel⸗
los uidi, ſed neqꝫ allego, neqꝫ accepto, & id tecũ cõe habeo, ꝙ nõ cre
do Lini eẽ. Dionyſii aũt paſſionẽ nõ uidi, niſi p̱ partes alicubi allega
tã, ſed neqꝫ illi ſubſcribo aut innitor, q̃a mihi nõ cõſtat eã Dionyſii eẽ
Nihil igit̃ agis hoꝝ impugnationibus, eas em̃ neqꝫ allego, neqꝫ de⸗
fendo, ſed pro apocryphis teneo, habeo aũt teſtes oĩ exceptione du⸗
bitationeqꝫ maiores, q̊s cõtra te, Lutherũqꝫ tuũ ꝓduxi, eos refuta, ſi

Petrũ & Paulũ uno in loco paſſos

potes. ¶ Ais ſexto. Sed nunq̃d & uno in loco paſſos, cõcorditer oẽs
ſcribũt? Hic uide (inq̃s) mẽdacioꝝ portẽta, Quidã em̃ hoc fatẽt in⸗
genue, cantãte etiã Ro. eccl'ia, ne in morte eos fuiſſe ſeparatos. Recte
ꝓfecto canit eccl'ia, tu u̸͛o improbe ſuggillas & cauillaris, Ciuiliter
em̃ ſolẽt loq̃ hiſtorici, nõ phyſice. Q̃n igit̃ dicũt Petrũ & Paulũ uno
in loco paſſos fuiſſe, Romã intelligunt, nõ circũſcriptionẽ corp̱is lo⸗

Ariſt. 4. phy.

cati, de q̃ ſpeculant̃ philoſophi, dicẽtes, impoſſibile eẽ, ut duo corp̱a
ſint uno in loco. Vides ne iam petulce uitiligator, q̃ inciuiliter agas
nobiſcũ, tã illiberali & ſophiſtico calũniandi & uexandi ſtudio? Di⸗
cimꝰ igit̃ B. ap'los uno ĩ loco paſſos eẽ, q̃a ambo paſſi ſunt Romȩ, nõ
unus Romȩ, alter Hieroſolymis aut Babyloniȩ, Aegypti aut Aſſyriȩ

Incidit in foueã quã fecit, Velen.

¶ Ais ſeptimo. Deinde, ꝙ Neronis edicto ambo ad exitiũ p̱uenerit,
ne hic q̃dẽ cõſentiũt, nã cũ oẽs eius rei Neronẽ pronunciẽt authorẽ,
ſolus tñ Linus Agrippã Petrũ interimere impaſſe teſtat̃. Rñdeo. Ap
tauit collo, quẽ repit laqueũ, Si oẽs (ut ipſe fateris) cõſentiũt de Ne
rone, p̄ter unũ Linũ, q neqꝫ a te, neqꝫ a nobis recipit̃, Cur igit̃ nodũ
in ſcyrpo & diſcrepantiã in tã placita cõſenſione quæris? Cur ſupra

dixiſti, ex diſcrepātia, iſta patere, qđ falſum ſit, apl̃os a Nerone occi- ſos eē? Quis em̃ diſcrepat? qs negat? Linus ne? At Linū eiꝰ libelli au thorē eē negas Quis eſt igit̃ ex oı̄bus ꝗ diſſentit? Nemo profecto, ni

Crudelitas Neronis. Cor. Tacitus lib. xv. hiſto.

ſi tu effrons propudiū, nā & libellus ille nō negat, eos a Nerone occi ſos. Qđ em̃ Agrippā refert, fieri potuit, ut ille fuerit uel prætor uł cō ſul aut p̄fectus urbis, aliove in magiſtratu cōſtitutꝰ ſub Nerone, ꝗ ædicti fecerit executionē, Non em̃ dicimus, Neronem apoſtolos ꝓpriis manibꝰ occidiſſe, q̄uis crudeliſſima fuerit eius ꝑſecutio, adeo ut hoſtibꝰ q̊ꝫ chr̃ianoꝝ diſplicuerit illa crudelitas. Sic eī ſcribit Cor. Tacitꝰ, Igit̃ primo correpti ꝗ fatebant̃. Deinde iudicio eoꝝ multi- tudo ingēs, haud ꝓinde in crimine incēdij, q̄ odio hūani gn̄is, cōui- cti ſunt. Et ꝑeuntibꝰ addita ludibria, ut feraꝝ tergis cōtecti, laniatu canū interirēt, aut crucibꝰ affixi, aut flāmandi. Atq; ubi defeciſſet di es in uſum nocturni luminis urerēt̃. Hortos ſuos ei ſpectaculo Ne- ro obtulerat, & Circēſe ludicrū ædebat, habitu aurigæ ꝑmixtꝰ ple- bi, uel circulo inſiſtēs. Vñ, q̄q̄ aduerſus ſontes (hic mētit̃ Ethnicus) & nouiſſima exēpla meritos, miſeratio oriebat̃, tāq̄ nō utilitate publi- ca, ſed in ſæuiciā uniꝰ abſumerēt̃. Hæc Tacitꝰ. An aūt eodē tp̄e illo paſſi fuerint etiā apl̃i, nō dicimꝰ, potuerūt em̃ tūc aut latitare, aut fu gere, aut forſitan alibi tūc eē extra urbē. Neq; em̃ unius tm̃ diei fuit illa ꝑſecutio. Quis aūt adeo inciuilis exiſtat, ut exigat a nobis dici uł horā uſq; ad ultimā minutiā, uel locū uſq; ad minimū pūctū paſſio- nis & rei adeo uetuſtæ? ¶ Ais octauo. Et multa ſunt figmēta, qbꝰ il- li mutuo diſſidēt, dū nihil certi ſuꝑ ea re ꝓnūciare nouerūt. Quæ ibi ergo fides, ubi nulla eſt cōcordia? Nā uel hoc ſolū diſſidiū, mēdaciū eorū prodit, Iā diximus nos apocryphis aſtringi nolle, neq; ea defē- dere eſt animus, nō egemus eiuſmodi p̄ſidijs, dū habemus copias uſ q; adeo inuictas, & cōtra oēm hæreticoꝝ uim, impreſſionēq; ſufficiē tes, Certiſſima profecto pronūciant nr̃i authores. Quid habeāt apo crypha, neq; reqrimus, neq; tantillū curamus. Nō eſt aūt ulla inter nr̃os diſcrepantia ijs in rebus, de qbus inter te & orbē terraꝝ eſt quę ſtio, Nemo eoꝝ negat Petrū Romā ueniſſe ſub Claudio, nemo con- tradicit eius cathedræ, nemo nō fatet̃ eū ſub Nerone occiſum eē Ro mæ. Si de pūcto aut loci aut tp̄is nō eadē oēs dicunt, nihil refert. De minimis nō curat (ut aiunt iurecōſulti) prętor. Nec in re adeo uetu- ſta eiuſmodi minutiæ reqri debēt, qa ꝑueſtigare eas, magis eſt curi- oſum q̄ proficuū. ¶ Ais nono, Imo res ꝓfecto miranda, ꝙ Ioſephus ipſe, ꝗ a Veſpaſiano, expugnata Hieroſolyma. Romā ꝑductus eſt,

Vētoſa & pręfracta arundo Veleni.

nec ullā mētionē de Petro & Paulo facit. Redis miſer tā cito ad uen toſam ac p̄fractā negatiuæ authoritatis arundinem. Atq; ut maior ſit impudētia, aduerſæ religionis authorē nobis obtrudis, hoiēm Iu dæū & pro legibus (q̄s antiquabāt apl̃i, cū alij, tū Petrus & Paulus p̄- cipue) pı̄m extrema q̄q; ꝑicula (ut pulchre de ipſo narrat Egeſippꝰ (

paſſum·

paſſum. Cur aūt nō miraris, ꝙ nec Suetoni⁹, nec Cor. Ta. ꝗ res Ne-
ronis pſcripſerūt, uel uno ṽbo Petri & Pauli meminerūt? Cur itē nō
miraris, ꝙ C. Plinius, ꝗ ſub Nerone & Veſpaſiano floruit maxīe, ne
q; de Petro, neq; de Paulo, ne minimā qdē ſyllabā (ut ita dicā) ponit?
Cū tñ meminerit multo uetuſtioꝝ diuerſæ a ſe religionis hoim, ut
Zoroaſtis, Moſi, Hermetis, Orphei &c̄. An ṽo Ioſephus coꝝ libēter Act. xv.
meminiſſet, q̊ꝝ unus dixerat publice in cōcilio. Quid tētatis deū, im Gala. v.
ponere iugū ſup ceruices diſcipuloꝝ, ꝙ neq; nos, neq; pr̄es nr̄i por-
tare potuimus? Alter ṽo dixerat ad Galatas. Ecce ego Paulus dico
uobis, ſi circūcidamini, Chr̄s uobis nihil ꝓderit. Q; aūt Ioſeph⁹ me
minit Iohānis Baptiſtæ & Iacobi, ideo factū eē arbitror, ꝗa ex eorū
p̄conijs maximiſq; uirtutib⁹ gloriā ſuę gēti putabat accedere, cū illi
habitu & natiōe fuerint Iudæi, & ſp apud Iudæos cōuerſati. At nr̄i
apl̄i plerūq; cōuerſi ſunt ad gētes. ¶ Ais. x. Id ꝓpter crediderim ego
uitæ exitū Hieroſolymis una cū Iacobo & ꝗbuſdā alijs Petrū acce- Falſum ē Hie-
piſſe. O frōtē plus q̄ meretricis infrunitā, ſine ſcripturis, ſine teſtibus roſolymis Pe-
ſine rōnib⁹, tā friuole & negare q̊d oēs affirmāt, & affirmare q̊d oēs trū paſſum eē.
negāt. Ergo i hāc uſq; diē ignorat oīs eccl̄ia, & martyriū & ſepulchꝝ
ſummi apl̄i Petri? Si ab Anano Hieroſolymis (ut aſſeris) interfectus
eſt Petr⁹, cur nō exprimis, q̊ gn̄e mortis? Certe ex euāgelio Iohānis,
expōneq; Auguſtini, liqdo cognoſcim⁹ Petrū crucifixū eē. Ait ei ad Iohan ult.
eū dn̄s. Cū āt ſenueris, extēdes man⁹ tuas & ali⁹ te cinget & ducet q̊
tu nō uis. Et addit Euāgeliſta, Hoc aūt dixit, ſignificās, q̄ morte clari
ficatur⁹ eēt deū. Certe nō putauit Iohānes fore, ut inter chr̄ianos ul
lus unq̄ de tāti apl̄i tam clara & glorioſa morte dubitare auderet.
Alloq poterat facillime adijcere hāc uocē Romę, Sed & Cor. Tacit⁹
(ut ſup̄ recitauim⁹) ait. Aut crucib⁹ affixi aut flamādi. Et Egeſipp⁹, Cor. Ta. li. xv.
eodē pene tp̄e ſcribēs ait. Vbi uētū eſt ad portā, uidet ſibi Chr̄m oc- Egeſi. li. 3. c. ij.
currere, & adorās eū dixit, Dn̄e q̊ uenis? Dicit ei Chr̄us. Iteꝝ uenio
crucifigi, Intellexit Petr⁹ de ſua dictū paſſiōe, ꝙ in eo Chr̄s paſſurus
uideret, Et cōuerſus, in urbē redit, captuſq; a pſecutorib⁹, cruci adiu Nō licet Iudæ
dicat⁹, popoſcit, ut inuerſis ueſtigijs cruci affigeret. Sed neq; Ioſe- is crucifigere.
phus ait quēpiā ab Anano crucifixū eē, Neq; Iudęis licet crucifige-
re quēq̄, Id q̊d nemo legiſpitoꝝ ignorat. Vn̄ me⁹ Romę i Hebraicis
lr̄is p̄ceptor Helias ſp ꝓ fabula habuerat paſſionē Chr̄i, ſciēs ex lege
ip̄m crucifigi nō poſſe, donec ego ex Euāgelio iſtruxi eū, Chr̄m nō
a Iudęoꝝ, ſꝫ a militū manib⁹ cruci affixū eē, idq; nō pōtificis aut ſeni
orū p̄cepto & ptāte, ſꝫ autoritate & ſnīa Pylati p̄ſidis Ro. Cū ei dixiſ Iohan. xviij.
ſet eis Pilat⁹, accipite eū uos, & ſcd̄m legē ur̄aꝫ iudicate eū, Dixerūt
ergo ei Iudęi, Nob̄ nō lꝫ iterficere quēq̄. Et cōtinuo addit Euāgi. Vt Iohan. xij.
ſermo Ieſu ipleret, quē dixit ſicās q̄ morte eēt moritur⁹, Dixerat aūt
Et ego ſi exaltat⁹ fuero a terra, oīa trahā ad meip̄ꝫ. Et apti⁹ apd̄ Mat
thæū, Scitis, ingt, ꝗa poſt biduū Paſcha fiet, & filius hoīs tradetur, Mat. xvi.
ut cruci-

ut crucifigat̃ Sed & Chryſoſtomi & Aug. expoſitio hic clariſſima
eſt. Cũ igit̃ cõſtet Petrũ crucifixũ eẽ, Iudæis aũt crucifigere quẽpiã
Ioſæ. de antiq lib xx. ca. xxi. nõ licere, Et Ananũ Iudæoꝝ fuiſſe põtificẽ. Qua tu (q̃ſo) amẽtia, cre-
dis & aſſeris, Petrũ cũ Iacobo Hieroſolymis interẽptũ eẽ? Atq; ut e-
tiã agnoſcas impudẽtiã ueſanã, Ioſæphi ṽba libet annectere. Ananꝰ
(inqt) iunior, cũ põtificatũ ſuſcepiſſet, erat uehemẽter aſꝑrimꝰ & au
dax, ſecta Sadducæꝰ, q circa iudicia ſunt ulta oẽs Iudæos ualde cru-
deles. Cũ ergo huius ſectæ Ananus eẽt, credẽs ſe inueniſſe tp̃s opor
tunũ, Feſto mortuo, & Albino in itinere cõſtituto, cõciliũ fecit iudi-
cũ, & q̃ſdã deducẽs ad ſemetip̃m, inter q̃s & frẽm Ieſu (q dr̃ Chrũs)
noie Iacobũ, quaſi cõtra legẽ agẽtes accuſans, tradidit lapidandos.
Vides uir impie Ioſæphũ opinioni tuæ ſtolidiſſimæ nequaq̃ aſtipula
ri, Nõ em̃ crucifigẽdos, ſed lapidandos tradidit Ananus Iacobũ, &
Act. vij. q̃ſdã cũ eo, ſicut & antea fecerãt Stephano cæteri Iudæi. Petrus aũt
nõ lapidatus, ſed crucifixus ẽ, ut oñdimus. Q, aũt ex ętate arguis nõ
potuiſſe Paulũ cũ Petro eodẽ tp̃e pati, adeo friuolũ eſt & ridiculũ, ut
nulla ſit dignũ rñſione. Quaſi ṽo naturali & nõ uiolẽta morte perie-
rint, Aut quaſi nõ poſſit iunior cũ ſeniore, aut ſenex cũ ſeniore, inte-
rimi, O fortẽ pugilẽ

## ¶ Perſuaſio. XVII.

Hæc ꝑſuaſio, ul' ſola, ſatis habet cauſaꝝ, ut põtifex & Cæſar cõi edi-
cto caueant & ſeueriſſime edicãt, ne poſt hac tibi tuiq; ſiſibus, hoc ẽ,
nudis poetis, & ſolius elegãtiæ ṽboꝝ & linguaꝝ ſtudioſis, liceat abſ
q; publica authoritate ſacras lr̃as tractare, manibus tã illotis & pol-
lutis tot impietatũ facinoribus. Et niſi id fiat, nunq̃ ab hæreticoꝝ in
feſtatione trãquillus erit eccl'iæ ſtatus. ¶ Ais primo. Oſtẽſo, q, Petrꝰ
Romæ mortẽ nõ recepit, reſtat dicere, ubi locoꝝ pro Chr̃i noie paſ
ſus ſit. Tu ne hoc negatiuis tuis ab authoritate locis unq̃ oſtendas?
Mihi profecto nõ oſtẽdes in æternum. Et cur dicis, reſtat dicere ubi
paſſus ſit, cũ iã ſup̃ ul' proximis ṽbis dixiſti, id q; nos ſatis efficaciter
(ut puto) reprobauimus? Quid ergo reſtat, niſi ut maiorẽ oñdas tuã
cunctis impudẽtiã? ¶ Ais ſecũdo. Et anteq̃ id probẽ, id teſtor prius,
nullũ teſtimoniũ diuina ex literatura huc trahi poſſe, q̃ qs Paulũ in-
Vſurpata po- teſtas Veleni. dubie Romæ paſſum fuiſſe, a Nerone oſtẽdat. Scʒ, tu ſolus in ꝑtãte
& in ſcrinio pectoris tui habes oẽm literaturã ſacrã, ut nõ liceat alijs
ex ea quicq̃ trahere, niſi q̃ tu uolueris, ſed unde tibi tãta ꝑtãs? Tu ne
inter diſertos uis cõnũerari, q diſertiſſimũ Paulũ in cõmunẽ iniuria
rũ harenã cũ Petro petulãtiſſima impietate trudis & ꝑtrahis? Si nõ
parcis Paulo, tui tandẽ parces? Chr̃o? At ille ait. Qui uos ſpernit, me
Mat. x. ſpernit. Et Egeſippo teſte in Petro paſſus ẽ etiã Chr̃s. Cũ itaq; tantã
tibi uſurpes dñationẽ in ſacris lr̃is, rogo te, ut ꝑmittas mihi pauliſꝑ,
unũ aut alteꝝ locũ ſcripturæ pro Paulo & Roma, nõ ui, ꝑ crines (ut
aiunt) & anfractus, huc trahere (ut tu & dicis & facis) ſed placide ꝑ
planam

planã,uiã adducere. Primũ,ſi ꝓbauero Paulũ Romã ueniſſe æquũ Paulũ Romæ
eſt,ut tu probes eũ inde abijſſe & nõ redijſſe,q negas eũ Romæ oc- occiſum.
cubuiſſe. Dic(q̃ſo)q̊ties Paulus ipſe ait ad Romanos, Veniã ad uos?
Nolo eiuſdẽ hic totã pſcrutari ep̃l'am,unã accipio partẽ,eãq; nouiſ- Ro.xv.
ſimã capitis.15. Primo itaq; dicit, Propter q̊d & impediebar pluri-
mũ uenire ad uos,& prohibitus ſum uſq; adhuc. Scd̃o ait. Nũc ue
ro ulterius locũ nõ hñs in his regionibus,cupiditatẽ aũt hñs uenien
di ad uos. Tertio. Cũ in Hiſpaniã proficiſci cœpero,ſpero ꝙ præ-
teriẽs uideã uos,& a uobis deducar illuc,ſi uobis primũ ex parte fru
itus fuero. Quarto. Hoc igiť cũ cõſummauero,ꝑ uos proficiſcar in
Hiſpaniã. Quinto. Scio aũt,qm̃ ueniẽs ad uos,in abũdantia bñdi-
ctionis Chr̃i ueniã. Sexto. Obſecro ergo uos frẽs, ut adiuuetis me
in or̃onibus ur̃is ad deũ,ut ueniã ad uos in gaudio ꝑ uoluntatẽ dei
ut refrigerer uobiſcũ. Hæc Paulus. Certe niſi Romã poſtea ueniſſet,
ecce ſexies uno in loco,& uane promiſiſſet,& ſpe ſua fruſtrat⁹,a ſpũ
ſancto(q̊d nefas eſt cogitare)fuiſſet decept⁹,ait em̃, Scio aũt,qm̃ ue-
niens ad uos,in abũdantia bñdictionis Chr̃i ueniã. Poſſent profecto
innumera ex Pauli ep̃l'is loca adduci,qbus oſtendiť Paulũ Romę fu
iſſe,ſed breuitatis gr̃a,oibus omiſſis,ex ſola hiſtoria geſtoꝝ eius pau Act,xxv.
ca adferã. Etem̃ Cæſareæ corã Feſto ait ap̃l'us, Cæſarẽ appello, Tũc
Feſtus cũ cõcilio locutus,rñdit. Cæſarẽ appellaſti,ad Cæſarẽ ibis. Itẽ Act.xxvi.
Agrippa aũt Feſto dixit. Dimitti poterat hõ hic,ſi nõ appellaſſet Cę Act.xxvij.
ſarẽ. Itẽ. Aſtitit mihi hac nocte angelus dei,cuius ſum ego,& cui de-
ſeruio,dicẽs. Ne timeas Paule, Cæſari te oportet aſſiſtere. Itẽ. Et ſic Act,xxviij
uenimus Romã,& inde,cũ audiſſent frẽs,occurrerunt nobis uſq; ad
Appij forũ tribus tabernis. Quos cũ uidiſſet Paulus,gr̃as agens deo
accepit fiduciã. Itẽ. Cũ ãt ueniſſem⁹ Romã,ꝑmiſſum eſt Paulo,ꝑma
nere ſibimet cũ cuſtodiẽte milite. Itẽ. Manſit aũt biẽnio toto ĩ ſuo cõ
ductu,& ſuſcipiebat oẽs q ingrediebanť ad eũ. Hęc Lucas ĩ hiſtoria
Puto Velene ſatis oñſum nũc ex ſcripturis Paulũ Romã ueniſſe, &
biẽnio toto ibi mãſiſſe, Reliquũ eſt,ut tu ex ſcripturis ſil'r oñdas,eũ iñ
abijſſe,& nõ redijſſe unq̃,ne cogaris nobiſcũ dicere, Paulũ Romę oc
ciſum eẽ. ¶ Ais tertio. Nã dũ poſtremo iã Neroni oblatus fuerat, & Inter dicendũ
ad Timotheũ ſcribẽs,hæc interpoſuit uerba. Ego iã delibor, & tp̃s Veleno,ne
reſolutionis meæ inſtat. In eis Paulus decrepitã,& nõ martyriũ ſuũ ſcripturas tra
intellexit. Hoc eſt illud Velene,propter q̊d tibi & merito & neceſſa- ctet.
rio debet a ſacraꝝ lr̃aꝝ tractatione interdici. Quis obſecro hic ex oĩ
bus gloſſis & cõmẽtarijs,nõ martyriũ,ſed decrepitã intelligit? Quis
poeta,qs orator,qs hiſtoricus aut phũs,theologuſve,imo qs gram-
maticus unq̃ delibari dixit decrepitã? O ſcelerate & audacia ipſa au
dacior nebulo,ſi ſic tractas ſacrũ textũ,nõ ſolũ cõtra oẽs theologos, ij.Timo.iiij.
ſed etiã cõtra oẽs poetas,hiſtoricos,ſophiſtas,& grãmaticos, qd tan
dẽ nõ audes? Ecce,dicẽte ap̃l'o, Ego iã delibor, Tu exponis, Ego iam

ij. Timo. 4. decrepitus ſum. Quis aũt unq̃ ita expoſuit? Sed dic q̃ſo, q̊t annorũ
erat tunc Paulus? Nõne iã proxime ſupra ex actis apl'orũ ipſe citaſti
Act. vij. Paulũ, dũ lapidaret̃ Stephanꝰ, adoleſcẽtẽ fuiſſe? Quot ãt anni ſunt a
lapidatiõe Stephani ad ultimũ annum Neronis? Certe ꝑcurre oẽm
Nõ fuit decrepitus Petrus historiã & chronographiã, nõ inuenies ultra. 37. Nũqd ãt adoleſcen
tia annis, 37. adiuncta, facit hoĩe; ualde (ut ais) ſenio detritũ & plane
decrepitũ? Adoleſcẽtiã iãpridẽ egreſſus erat Iohãnes Euãgeliſta, dño
moriẽte in cruce, uixit aũt a paſſione dñi annis (ut oẽs tradũt) 68. Et
tñ in nulla ſcriptura dr̃ ualde ſenio detritꝰ ac plane decrepitꝰ. Sic &
Clemẽs & Petro & Paulo familiaris ſub Traiano primũ (hoc eſt ſub
octauo poſt Neronẽ Cęſare) eſt ꝓpter nomẽ Chr̃i & exilo & morte
punitꝰ. Sic & Symeõ Iacobi ſucceſſor Hieroſolymis, ĩ crucẽ ſublatus
eſt, ſenex. 120. annorũ, Sic Polycarpꝰ, 84. ãnos Chr̃o ſeruierat, qñ flã
mis tradebat̃ exurẽdꝰ. Sic Ignatiꝰ, q Chr̃m in carne uiderat, ad Tra
iani annũ. 11. ꝑueniẽs, añ fataiẽ diẽ beſtijs ẽ traditꝰ ĩ laniatũ, Teſtes mi
hi ſunt, Euſebiꝰ & Hier. & tñ nusq̃ dr̃ q̃ſpiã illorũ ualde ſenio detritꝰ
& decrepitꝰ plane, niſi forte de Symeõ ſic qd legat̃. Qũo ergo Pau
lus, q ſub Nerone occubuit, ualde ſenio detritꝰ dr̃, & decrepitꝰ pla-
ne, Cũ Iohãnes, q dũ lapidaret̃ Stephanꝰ, unus erat de magnis apl'is
dñi, ꝑuenerit ad octauũ a Nerone Cęſarẽ, Et tñ nusq̃ dr̃ ualde ſenio
detritꝰ & decrepitꝰ plane, ſed ſenio ſimpliciter? Nõ uenit ad cẽteſi-
mũ ætatis annũ Iohãnes. Ũnde tu, ſi potes, Paulũ. 70. annos uixiſſe.
Paulus erat ſenex, ſed nõ ſenio detritꝰ & decrepitus Quã tu igit̃ ĩiuria uirũ ſobriũ, & ad oẽs labores & ꝑicula uegetũ, for
tẽ, prõptũ ac ualidũ, atq; ſpũ ſctõ plenũ, natũ annos nõdũ. 70. forſitã
uix. 60. dicis ualde ſenio detritũ ac decrepitũ plane? At obijcis nob
ṽba ipſiꝰ Pauli ad Philemonẽ, dicẽtis. Cũ ſis talis ut Paulꝰ ſenex, nũc
aũt & uinctus Ieſu Chr̃i obſecro te, q̃ſi ṽo idẽ ſit dicere, ſenex, qđ ual
de ſenio detritꝰ & decrepitꝰ plane, aut q̃ſi hõ qnq̃genarius nõ poſſit
dici ſenex, Neq; tñ oñdes unq̃ aut usq̃, epl'a; ſcđa; ad Timotheũ fu
iſſe decẽnio poſt epl'am ad Philemonẽ ſcriptã, uti ſup̃ plane te cõui-
Fatua expoſitio Veleni. cimus. Sed eſto, fuerit Paulꝰ cõtra oẽs hiſtorias uel cẽtũ (ſi ita cõten-
dis) annorũ ſenio detritꝰ & decrepitꝰ, Nõ tñ p̃t ullo mõ ſtare uiolẽtiſ
ſima illa tua expõ. Quis em̃ grãmaticorũ accipit, ut tu, hoc ṽbũ de-
libor, pro ualde ſenio detritꝰ aut decrepitꝰ plane ſum? Tu ne tantus
rhetor, neſcis adhuc illud Vergilianũ, Aulaí in medio libabãt pocu
Ego iam delibor. la Baccho? Vide ſaltẽ gloſſulas, huic textui uulgo adiacẽtes. Interli-
niaris ſane ait. Ego iã delibor, id ẽ, incipio offerri deo grata hoſtia.
Lyra ṽo. Delibor (inqt) id ẽ, immolor ꝑ effuſionẽ ſanguinis mei. Li
bare em̃ eſt deo offerre ſacrificiũ de liqdis. Ordinaria ãt ſic h;. Liba
re dicimus deguſtare, fundere uel ĩmolare, Iñ delibare, q̊d tñ hic pro
ipſa ĩmolatione ponit̃, paſſionẽ em̃ ſuã delibationẽ appellat. Deo ei
ĩmolat̃, q pro iuſtitia ſua patit̃. Et his gloſſis ꝑ oĩa cõcordãt maximi
q̊s habemꝰ, expõnes, Ambroſiꝰ, Athanaſiꝰ, & Chryſ. Sed ne ꝓlixi-
or ſim,

or ſim,ſolius Athanaſii v̄ba ponã.Nõ(inq̃t)ĩmolor dixit,ſ; delibor
Qđ ſane p̄ſtanti⁹ eſt,Siq̃dẽ haud q̃q̃,q̃ imolatiõis,ad deũ oĩa referũť
Libationis v̄ɔ uniuerſa,Sed q̃d,mihi opus ẽ alienis igeniĵs, cũ Pau-
lus ipſe ſeip̄m declaret,ꝑtinus ſubĵciẽs.Et tp̄s reſolutiõis meę inſtat
Quæ aũt erat illa reſolutio,niſi corp̄is & aĩæ ꝑ mortẽ? Et ſi inſtabat
ſcribẽti Romæ. Cur tu nõ fateris nobiſcũ,eã Romæ factam eſſe?
¶Ais q̃rto.Nã ꝙ ſpũ ſctõ illuſtrat⁹,liberationẽ ſui e carcere p̄uide-
rit,v̄ba ipſius indicãt.Eliberabit me dñs ab oĩ ope malo,& ſaluũ fa- ĳ.Timo.iiĳ.
ciet in regnũ ſuũ cœleſte.Hoc eſt(inq̃s)ad miniſteriũ corp̄is ſui my-
ſtici,Eccl'iæ ſanctæ. Nolo hic dicere,q̃d pleriq; text⁹ hñt.Liberauit Liberabit me
me,nõ liberauit me,ſed ut omiſſis incertis,ad nodũ ip̄m ꝑueniam⁹. dñs ab oĩ ope
Lego tecũ,Liberauit me.Nũc dic tu mihi,an ullus unq̃ mortaliũ re malo.
fuerit liber ab oĩ ope malo?Chr̄m,demo & eius matrẽ.De reliq̃s oĩ
bus gñalis eſt illa Iohãnis ſñia,Si dixerimus q̃m pctm̃ nõ habem⁹ ip̄i I.Iohan I.
nos ſeducimus,& ueritas in nobis nõ eſt.Cũ igiť dicat Paul⁹,Et li-
berabit me dñs ab oĩ ope malo,id nõ p̄t uerificari,niſi facta iã cor- ĳ.Timo.4.
poris & aĩæ(de q̃ ſup̄ dixerat)reſolutiõe,Ideo & q̃d ſubiũgit,ꝓprie
debet intelligi.Si em̃ de eccl'ia hic intelligereť regnũ cœleſte,ſꝑ a cõ-
uerſione uſq; ſaluus fuiſſet factus ap'ls,q̃a ſꝑ fuit in eccl'iæ miniſte-
rio,ſꝑ laborauit in ea,ſꝑ ꝓfecit,Atq; ita,nõ ſolũ faciet,ſed ſaluũ fecit
fuerat dicẽdũ. Qua tu ergo frõte & hic cõtra oẽs,cœleſte regnũ i ter
renũ,tortuoſe detorques?Aut ubi dicit Gregorius,regnũ cœleſte,
hoc in loco pro eccl'ia poni?¶Ais quinto.Sicut em̃ ſua ſpes nõ illũ Quo tp̄e ad
fefellit,ubi in priore captiuitate cõſtitut⁹,Philemoni ſcripſerat,Para Philemonem
mihi hoſpitiũ,Nos decẽniũ tuũ ſup̄ reiecimus,Neq; ſatis cõſtat,q̃to ſcripſit Paul⁹
Neronis anno ad Philemonẽ Paul⁹,aut ad Paulũ Seneca(ſi mõ unq̃
ſibi inuicẽ ſcripſerũt)ſcripſerit.Et nos ſup̄ ſatis euidenter oſtẽdimus
Senecæ ad Paulũ ep'las nõ eſſe ultimo Neronis anno (mortuo iam
ad minimũ añ bienniũ Seneca)ſcriptas,ſi tñ a Seneca uere ſunt ſcrip
tæ,Sed q̃d ad Philemonẽ nõ añ decẽ annos,priuſq̃ ſecũdo(ut ais)ca
pereť,ſcripſerit ap'ls,dupliciter paucis oſtendam,primo,q̃a in ea epi
ſtola poniť inter Pauli adiutores etiã Demas,de q̃ nihil cõſtat,q̃d a
Cæſarea Paleſtinæ uenerit cũ Paulo Romã,neq; ueriſil'e eſt q̃d adhę
ſerit ei ꝑ decẽniũ.ut poſtea proxime curſus cõſummationũ eũdẽ de
ſeruerit.Credibilius eſt igiť,eodẽ in anno,Demã fuiſſe Pauli,primo
q̃dẽ adiutorẽ,deinde ob miniſteriĵ inopiæve aut carceralis miſeriæ
tædiũ & moleſtiã,deſertorẽ. Scđo,q̃a dicis Paulũ,ex prima defenſi
one,nõ ad Philemonẽ Coloſſeñ in Aſiã,ſed ꝑ decẽniũ in occiduis p-
tibus uerſatũ,cũ eẽt in Hiſpaniã ꝓfectus.Qđ aũt đt,Para mihi hoſ
pitiũ,ad ſpem referť,nõ ad rẽ.Nõ em̃ ſꝑ eo ꝑuenit ap'ls(ut ſup̄ dixi-
mus)q̃ ſperabat aut intẽdebat aliq̃ñ uenire,Prohibit⁹ eſt ei ſæpe,iã
ſpũ dñi,iã cãꝝ occupatiõ.b⁹,iã carceris ĩpedimẽto aut ꝑſecutõis uio
lẽtia,Aut igiť cõcede nob̄ Paulũ Romę occubuiſſe,aut oñde,q̃ nã
demũ ꝑuenerit.

Fucus Veleni ¶Ais ſexto. Verũ ne hic longius iuſto immoremur, iã Petrũ & Paulũ Hieroſolymis paſſum, teſtimonijs irrefragabilibus cõfirmabim⁹

Grandis qdẽ pollicitatio hæc, ſed uerbis res minime cõcordant.
Mat. xxiij. Affers eñ unicũ ex euãgelio Matthæi locũ, & eũ ſtolidiſſime intelligis. Adijcis tñ fucũ ex Hieronymo & Lyra, ſed & ip̄m pperã. Verba Chr̄i ad ſcribas & phariſęos ſunt. Itaq; teſtimonio eſtis uobiſmetip̄is qa filij eſtis eorꝫ q prophetas occiderũt, Et uos implete mẽſurã patrũ ueſtrorꝫ, Iã dico uobis, Ecce ego mitto ad uos prophetas & ſapiẽtes & ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis &c̃ Vbi aũt hic ait uel Chr̄s in textu, uel Hieronymus aut Lyra ein expoſitione, Petrũ cruce, Paulũ gladio Hieroſolymis, nõ Romæ interijſſe? Quid rogo ſtultius eiuſmodi probationibus tuis? Vbi eñ crucifixus eſt Andreas frater Petri? Vbi occiſus Thomas? Vbi Bartholomæus? Vbi Matthæus? Cur tu igiť hoc gñale dictũ Chr̄i potius in Petrũ & Paulũ detorques, q̃ in alios Chr̄i ap̄los? Nunqd ergo oẽs, q̊s Chr̄s miſit, Hieroſolymis paſſi ſunt? Cur aũt Petrus & Paulus potius q̃ alij? Vbi hoc dicit Hieronymus? ubi Lyra? An ignoras q̊ties
Qũo accipiť ibi Hieruſalẽ hos affirmẽt Romæ paſſos eẽ? Puto te ſane uidiſſe libros Auguſtini de ciuitate dei, & Pauli ad Galatas ep̄lam, Ex qbus, niſi libẽter er
Gala. iiij. rares, facillime intellexiſſes, aliã eẽ mundi, aliã dei ciuitatẽ, aliam itẽ Hieruſalẽ deorſum, q̃ ſeruit mũdo & filijs eius, & aduerſať filijs dei, aliã uero ſurſum, q̃ eſt libera & mr̃ nr̃a. Loquiť itaq; hic Chr̄s generalr̃ cõtra ciues hui⁹ ſæculi, nõ ſpecialr̃ cõtra eos ſolũ q intra muros
Mat. xxiij. Hieruſalẽ cõtinebanť, Alioq nõ recte diceret, Et pſequemini de ciuitate in ſciuitatẽ, ut ueniat ſup uos oĩs ſanguis iuſtus, q effuſus eſt ſup terrã, a anguine Abel iuſti, uſq; ad ſanguinẽ Zachariæ &c̃, Nõ eñ a Iudæis in Hieruſalẽ occiſus eſt Abel, Et multi iuſtorꝫ perierunt in Samaria, multi in Aegypto, multi in Babylone, multi alibi in diuerſis pſecutionibus. Quis igiť hæc ad muros aut incolas Hieruſalem tñ referat, & nõ ad oẽm huius ſeculi ciuitatẽ, q̃ ſcribarꝫ & phariſæorũ inſtar uiuit & agit? Ita profecto docet Hieronymus, & ad hunc ſenſum de Petro & Paulo & Andrea exẽplificat Lyra, nõ ad figmẽ
Hieronymus cõtra Velenũ tũ tuũ. Scis eñ ipſe, Hieronymũ nõ ſemel aptiſſime dicere, Petrũ & Paulũ Romæ paſſos eſſe. Qua ergo fronte, uirũ ſanctiſſimũ, q̃ſi contrariũ ſibi ipſi in partẽ tuã allegas? Certe neq; hic, neq; uſq̃ gẽtium ait, eos Hieroſolymis martyriũ ſubijſſe, aut ullo mortis gñe ibidẽ occiſos. Neq; itẽ Lyra hoc habet, Et ſi diceret, a te tñ accerſiri nõ debe
Hierony. ſup Mat. ca. xxiij. rent in teſtes, q̃rꝫ teſtimonia alibi reiecisti. Nũc neq; ipſi, neq; Chr̃us dicũt q̃d tu dicis, inanis eſt igiť allegatio tua, Refero me ad libros. Ita eñ cõcludit ibi Hieronymus, Ergo & iſti (inqt) q ſilia Cayn & Ioas cõtra ap̄los gẽſſerint, de una gñatione eẽ referunť, Vaniſſimus ẽ igiť cõcluſionis tuæ fumus, qñ dicis, quis cõtra firmiſſima hæc teſtimo
Lucæ. xij. nia hiſcere deinceps poterit? Nos certe non ſolũ hiſcere, ſed & in

faciẽ tibi cõtradicere libẽter uelimus. ¶Ais ſeptimo. Cum ipſemet
Chr̃s, apud Lucã eadẽ repetẽs uerba, de Petro, Andrea, & alijs qui-
buſdã &c̃. O meretriciã frontẽ, tã aptũ dicere mẽdaciũ, Non eſt em̃
ibi uel minima ſyll'a de Hieruſalẽ. Rogo te, qua ſequit̃ conſequentia
Chr̃s ait apl'is, Ne terreamini ab his, q̃ occidunt corpus, Ergo Pe-
trus & Paulus Hieroſolymis ſunt occiſi? Quẽ nõ tædeat cũ diſputa-
tore tã inſulſo diutius cõgredi? ¶Ais octauo. Præterea dicit Chrũs
Hieroſolymis & nõ Romæ, a ſcribis & phariſæis, & nõ ab impato-
ribus Romanis, occidẽdos ſuos apl'os. Vis breue rñſum? Mẽtiris, ga
nusq̃ ita dicit Chr̃s. An uero neſciebat Chr̃s, nõ licere Iudæis cruci- Lucæ. xviij.
figere quẽq̃? Cur ergo p̃dixit de ſe, hoc eſt de filio hoĩs, Tradidit eũ
gentibus illudẽdũ & crucifigẽdũ? ¶Ais nono. Quis nõ negẽ quoſ-
dã & extra Hieruſalẽ fuiſſe interẽptos. Cur ergo quoſdã extra Hie-
ruſalẽ ĩterimi licuit, Petrũ u'o & Paulũ nõ licuit? Qualis igit̃ eſt ea ar
gumẽtatio, cui ipſe infers inſtantiã atq; cõtradictionẽ, Sed ita decet
argumentari publicos hoſtes ueritatis.

¶Perſuaſio. XVIII.

Magis hic criminaris q̃ diſputas, licet & ãtea nũq̃ recte diſputaueris
¶Ais primo. Videre mihi uideor, ſatis prolixe eoꝝ ſubneruaſſe opi
nionẽ, q̃ Petrũ ac Ro. Ep̃m celebrarẽt. Ita geſtit, ſibiq; ipi placet rhe Philautia
toriculus, ut plerũq;, ne grãmatice q̃dẽ, p̃ philautia nimioq; elegãtiæ Veleni.
ſtudio loquat̃, Sed abſit, ut de tãtis rebus diſputans, de uerbis aut
cõuicijs uel tantillũ curẽ, loq̃re & cõuiciare, ut libet. Nos q̃d uerum
ſit attẽdimus, Mẽtiris aũt, te opinionẽ nr̃am ſubneruaſſe, imo red-
dis eã multo ualẽtiorẽ, firmiorẽ, magiſq; probatã, & clarã, Niſi em̃
has ædidiſſes ineptias, nõ collegiſſem ego tot cõtra uanitatẽ tuã de-
monſtrationes. ¶Ais ſecũdo. Et hoc noĩe Ro. põtificibus nihil non Petrus apl'oꝝ
tribuant, dũ in ſummi apl'oꝝ principis (ut aiunt ipſi) locum ſuffecti princeps.
ſint, hancq; deſultoriã poteſtatẽ p̃ manus ſibi tradant. Ecce impiũ
hoĩs cauillũ, q̊ in odiũ Ro. pontificũ etiã B. Petrũ pſtringit & cauillat̃
tanq̃ nõ debeat dici apl'oꝝ princeps. Quid em̃ aliud ſibi uult ipro-
ba illa parẽtheſis, ut aiunt ipſi? Nã ſup̃ ex Donato dicebas bone uir
Aiunt, uſurpat̃ de re incerta, quã nos dicimus eẽ falſam. Abſit aũt, ut Sup̃ pſua. pri.
Petrus putet̃ principatũ accepiſſe a nobis, habet eũ, uir impiiſſime,
a Chr̃o, ab apl'is, ab oĩbus ſctis. Cur em̃ dixit ei peculiariter Chrũs, Iohan. ult.
Symon Iohannis diligis me plus his, Paſce agnos meos, Paſce oues
meas, Et rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua, Et tu aliq̃n cõuer- Lucæ. xx3.
ſus, cõfirma frẽs tuos? Cur in concilio primas loquẽdi partes dede- Act. xv.
runt Petro apl'i & ſeniores, cũ adeſſet Iacobus, ordinarius illius ciui
tatis Ep̃us? Cur Paulus ait, Mihi creditũ eſt Euangeliũ p̃putij, ſicut Gala. ij.
& Petro circũciſionis. Et q̃ opatus eſt Petro in apl'atũ circũciſionis,
opatus eſt & mihi inter gẽtes? Non igit̃ nr̃is ſolũ (ut tu ſtultiſſime de
blacteras) ſed Euangelicis & apl'icis uocibus, Petr9 apl'oꝝ princeps

 (uti ſæ

Chry.ī pſal.l. homi.ij.
Dignitas Ro. pontificis.
Lau.Vall. de dona Conſtā.

(uti ſæpiſſime & Gregorius loquit̃)recte dr̃,Vñ & Chryſoſtom⁹ ait
Colũnā eccl̃iæ,& fundamẽtũ fidei,Princeps apl̃orꝝ Petrus, ad uiliſ
ſimæ mulierculæ uocē,dñm ter negauit.Quinimo,ut uideas,ꝗ egre
gie ſubneruaueris(ut ais)opinionē noſtrā,Herculis,tui Lau.Vallæ
ỽba ꝗdā ſupius ꝙꝗ recitata hic adijciā.O ꝗtũ eſt(inꝗt)pōtificale mu
n⁹.Qꝫtũ eſt caput eē eccl̃iæ,ꝗtũ eſt ꝓponi paſtorē tāto ouili, e cuius
manu uniuſcuiuſꝗ agni ouiſꝗ amiſſæ ſanguis exigitur.Et infra,Et
pōtifices(inꝗt)Ro.appellat uicarios Petri,ꝗſi uł̃ u iuat Petrus,uł̃ mi
nori ſint dignitate cæteri,ꝗ Petrus fuit.Et iterꝝ.Quis hoc chr̃ian⁹ pa
ti ꝗat,& nō papā(q hoc patit̃ ac libēs audit & recitat)cēſorie ſeuere
ꝗ caſtiget.Qđ cũ a Chr̃o primatũ accepit Ro.ſedes, & id(Gratiano
teſte,multiſꝗ Græcorꝝ)octaua ſynodus declararit, accepiſſe dicat̃ a
Cōſtātino,uixdũ chr̃iano,tāꝗ a Chr̃o?I nũc taurine pugil,& ſubner
ua opinionē noſtrā.¶Ais tertio.At ỽo ſi ꝗs roget,ꝗuo hęc falſiſſima
ꝑſuaſio in eccl̃iā obrepſerit,dicā cōpendio; Quid dicas miſer? Nō-
ne oñdimus nos ſup̃ ex Ignatio,Egeſippo & Hirenæo,nr̃am opinio
nē,imo hāc certiſſimā ỽitatē & hiſtoriā,ſꝑ in eccl̃ia fuiſſe,a paſſione
Petri & Pauli in hāc uſꝗ horā? Quid,ſi fuerit Antiochiæ Ep̃s Ignati
us,ꝗñ Romę crucifix⁹ eſt Petr⁹? Certe pſbr̃ ſaltē tũc fuit aut diacon⁹

Hier.de ui.il.
Euſe.ī hiſt.ec. lib.v.ca.vi.
Eccl̃ię ſal⁹ in Ro.pont.dig-nitate.
Hiero.in dia-logo contra Luciferum

An nō uicinũ tꝑib⁹ apl̃orꝝ,uocat Egeſippũ Hieronym⁹? Sed & Hi-
renæus Polycarpi,q apl̃orꝝ diſcipul⁹ fuerat,Euſebio teſte, fuit audi-
tor.Mētiris igit̃ ꝗcꝗd deblacterādo ſubiũgis. ¶Ais.4.At ỽo hodie
ſolẽne id habet̃,hoc glorioſum putat̃,ut uni⁹ arbitrio oīa fiāt, circa
unũ ſumma & caput reip.chr̃ianæ cōſiſtet.Breuiter,in uẽtũ pugnas
Velene,& oīb⁹ his tuis uẽtoſis iaculis unũ oppono ſcutũ ex B.Hie-
rony.ita cōtra Luciferianos dicēte.Eccl̃iæ ſal⁹ in ſummi ſacerdotis
dignitate pēdet,cui ſi nō exors ꝗdā ab oībus eminēs det̃ ꝑtās,tot in
eccleſiis efficient̃ ſchiſmata,ꝗt ſacerdotes,Hũc ego ſc̃tm̃ ꝓpono ger
maniæ principib⁹,Eligāt nũc,an hũc ſequant̃,ut eorꝝ fecere maio-
res,an ỽo te ꝑſonatũ Bohemũ & Lutherꝝ apoſtatā poti⁹ audiāt.Cer

3.Reg.xij.

te exēplo & Roboā & Bohœmiæ merito abſterreri dñt, ne ſeniorũ
ſpreto cōſilio,uos iuuenes,temerarios & ad oēm impietatē prolap-
ſos & pronos audiāt.¶Ais ꝗnto.Et Ro.pōtifex ul̃is eccl̃iæ catholicę
Ep̃s cēſet̃,repugnātibus oībus oīm ferme libris,uoce ipſius Chr̃i? &

Mendacium Veleni.

ritu ac exēplo primitiuæ eccl̃iæ.O linguā procacē,os ferreũ , frontē
meretriciā,ſic,abſꝗ oī pudore,ꝑpetuo mētiri.Cur nō ꝓfers magne
orator,unũ ſaltē ex oībus,oīm(ut ais)libris, q repugnet? Niſi forte
unus Lutherus oīa eſt,Sed & huius(ut recitauim⁹ tibi ſupius)uerba

Luth.in reſo. de ꝑtāte paæ

ſunt.Primũ(inꝗt)ꝗđ me mouet,Ro.pōtificē eē aliis oībus,ꝗs ſaltem
nouerim⁹ ſe pōtifices gerere,ſupiorē,eſt ipſa uolũtas dei,quā in ipſo
facto uidem⁹,Ideoꝗ nō licet temere Ro.pōtifici in ſuo primatu re
ſiſtere.Vbi nũc ſunt Velene oēs oīm libri? Qꝫ impie aũt mētiaris de
uoce Chriſti & ritu atꝗ exēplo primitiuæ eccleſiæ iamiam declara-

uimus

uimus ſupra in hac ipſa pſuaſione. ¶Ais ſexto. Cũq; recẽs adhuc ſit memoria, q̃n hic tyrannus exordiũ ſumpſerit, nõ tñ inueniunt pleri-q;, q id ꝑpetuo fuiſſe ſcribãt? Sc; Velene, recẽs eſt memoria, q̃n paſſus eſt Marcellinus, recẽs Nicenũ cõciliũ, recẽtes antiq canones apl̃orũ & apl̃icorꝝ uirorꝝ, q hãc ſedi apl̃icæ, id eſt, Ro. eccl̃iæ authoritatẽ priuilegiũq; & eminẽtiã (ut nos & ſup̃ & alibi oñdimus) ex ſpiritus ſc̃ti inſtinctu Euãgelicíſq; dictis attribuerũt. Recẽs itẽ Calcedonẽſe, 600. &. 30. Ep̃orꝝ ſub Martiano impatore conciliũ, q̊d nomẽ uniuerſalis patriarchæ (q̊d Lutherꝰ ipſe uerbis B. Gregorij & recitat & fatet̃) Ro. põtifici ſua ſponte reuerẽter detulit. Recens deniq; ſynodus octaua, q̃ declarauit (ut iã ex Hercule tuo diximus) Ro. ſedẽ a Chr̃o primatũ accepiſſe. Quid nũc ais? ¶Ais ſeptimo. Præterea Syluestrũ a Cõſtantino impatore honeſtis muneribus donatũ, ſin ſedeq; impatoria repoſitũ, qs hoc hodie e ppl̃o nõ credit? reſiſtẽtibꝰ oĩbus hiſtoriographis. O nebulo mendaciſſime, profer unũ ſaltẽ hiſtoricũ, huic rei reſiſtẽtẽ. At in prõptu ad manũ habes (ut puto) Herculẽ tuũ, qui cõtra donationẽ Cõſtantini librũ ædidit, ut eũ opponas nobis, Nos aũt de illo multa diximus ſup̃. Hic unũ dũtaxat locũ ex eo recitabimus. Adde huc (inqt Valla) etiã teſtimoniũ Ro. põtificis, q his rebus gerẽdis, nõ interfuit, ſed p̃fuit, nõ teſtis, ſed author, nõ alieni negocij ſed ſui, narrator. Is eſt Melchiades papa, qui proximus fuit ante Syluestrũ, qui ita ait. Ecleſia huc uſq; ꝑuenit, ut non ſolum gentes, ſed etiam Romani principes, qui totius orbis Monarchiam tenebant, ad fidẽ Chriſti, & ad fidei ſacramenta concurrerẽt. E quibus uir religioſiſſimus Conſtantinus, primus fidẽ ueritatis patẽter adeptus, licẽtiam dedit ꝑ uniuerſum orbẽ ſub ſuo degẽtibus impio, nõ ſolũ fieri chr̃ianos, ſed etiã fabricandi eccleſias, & prædia conſtituit tribuenda, Deniq; p̃fatus princeps dona immẽſa contulit, & fabricã tẽpli primæ ſedis beati Petri inſtituit, adeo, ut ſedẽ imperialẽ relinqueret, & beato Petro ſuiſq; ſucceſſoribus profuturam conderet. En nihil Melchiades a Conſtantino donatũ ait, niſi palatiũ Lateranẽſe & prædia, de quibus Gregorius in regiſtro facit ſæpiſſime mẽtionem, Hactenus Valla. Nõ puto ulteriore uel reõſpſo, ul' cõfutatione mẽdacij adeo manifeſtarij opus eſſe. ¶Ais octauo. Non difficile eſt exinde diuinare, q̃tũ illis procliue fuerit, q̃ hodie de Petro ferunt cõfingere, cũ eorꝝ tẽporꝝ nullã certã habeamꝰ hiſtoriã. Quid hic dicam? Ecce, ut B. Petrũ interdicas Roma, oẽm incertã ais eſſe hiſtoriã. Q; ſi nulla eſt (ut ais) eorꝝ tẽporum certa hiſtoria, ergo ne ſacra quidem (quã Lucas ſcripſit) certa ẽ, Ergo & Pauli res geſtæ (q̃s paſſim ĩ epl̃is cõmemorat) ſunt incertæ? Ergo nec tu quicq̃ ex Luca & Paulo certi allegaſti? Allegaſti qdẽ certa eorꝝ loca, ſed tu incertũ, erroneũ, falſum, hæreticũq; ſenſum illis impie aſſcripſiſti, Cur inſup aliqñ Suetoniũ, aliqñ Tacitũ, Ioſephũ, Oroſiũ, de ijſdẽ tẽporibus allegaſti?

Non eſt recẽs Ro. ponti. eminentia.

Greg. in regi. li. vij. ca. xxx.

Lau. Vall. de dona. Conſtã.

Mendaciſſimus nebulo

Lau. Valla de dana. Conſtã.

Dãnat hiſtorias Velenus

¶Ais.9

¶Ais nono Præter cõmẽticias illas aliq̃t de Petro & Paulo paſſio-
nes, q̃ adeo ſibi nõ cõſtant, ut oĩbus etiã tacẽtibus, ipſæ ſe ſatis con-
Iniuriarum — futent, ꝑſertim q̃ Græcoꝝ linguagio cõſcriptæ ſunt, Q̃d uel ſolũ ar-
Colognтidæ — gumẽto eſſe poſſit, eas falſiſſimas eẽ. Cũ hæc natio ab oĩbus paſſim
4. Reg. 4. — ſcriptoribus in hiſtorijs mẽdacij accuſet̃. Ecce q̃s in hanc iniuriarum
ollã colligis Coloquintidas. In fundo ſane ponis B. Petrũ nunq̃ ue-
niſſe Romã. Deinde colligis Ro. põtifices nõ eẽ Petri ſucceſſores, nõ
ſummos põtifices, nõ primatos eccl̃iæ, nõ uniuerſales patriarchas,
nõ ꝑcipuos paſtores ouiũ Chr̃i, ſed Antichr̃os, Beſtias, Cerberos,
Tyrannos, Lupos. Itẽ, ppl̃m chr̃ianũ, q Petrũ Romæ fuiſſe credit, uo
cas futilẽ plebeculã, pſeudoſacerdotũ ꝑſtigijs deluſam. Itẽ nullã ais
eẽ certã eoꝝ tp̃m hiſtoriã, ſunt & aliæ pene innumeræ in hac olla
tua iniuriaꝝ amariſſimæ Coloquintidæ, q̃s breuitatis gr̃a omitto, q
bus hic uelut Colophonẽ cõtra uniuerſam Græcoꝝ nationẽ ſupad
dis, q̊d ab oĩbus in hiſtoria mẽdacij accuſet̃, Id uiderint ſocij tui, bo-
Qualis certi- — naꝝ lr̃aꝝ profeſſores, q tot iã annos cõtra theologos, tanq̃ Græca-
tudo hiſtoriæ — rũ lr̃aꝝ ignaros, depugnant. Ego, neq; in Latinis, neq; in Grecis hi
ſtorijs mathematicã certitudinẽ exigo, ſufficit mihi ciuilis reꝝ geſta
rũ enarratio, ſiq̃n in loco aut die aut numero parũ exacte ſcripſerint
q̃s cõtinuo mẽdacij eos arguat? Nonne & hi ſæpe in eiuſmodi fal-
lunt̃, q aut belli duces ſunt, aut rebus gerẽdis interſunt? Scio aũt ex
Græcis hiſtoricis fide digniſſimos haberi Thucydidem, Xenophon
tẽ, Plutarchũ, Appianũ, Et q̊s magno catalogo referũt, Plinius in na
turali hiſtoria, Euſebius de ꝑparatione Euangelica, Hieronym⁹ cõ-
tra Iouinianũ, Sabellicus in Enneadibus & exẽplis, Fulgoſus deniq;
de dictis factiſq; memorabilib⁹. Q, ſi tantis uiris hiſtoriæ fidẽ eripu
eris, q̃d q̃ſo manebit reliquũ de antiq̃tatibus, cũ & Ioſephus Græce
ſcripſerit? ¶Ais decimo. Et breuiter, nemo id miret̃, hoc aptiſſimũ
mẽdaciũ ſuos patronos habere, Cũ non deſint etiã, q Tuſciã patri-
moniũ Petri appellent, q̃ uoce nunq̃ delyrius dici aut cogitari aliq̃d
potuit. Laus & gr̃aꝝ actio ꝑpetua ſit oĩpotẽti deo, q̃d iã finẽ ꝑſua-
ſionũ tuaꝝ attigi. Vereor equidẽ, ſi diutius mihi ad tantas tuas iniu
rias ſedẽdũ & tabeſcendũ foret, ne anima ipſa me tandẽ deficeret,
zeluſq; domus dñi me comederet uiuũ, Ecce aptiſſimũ uocas mẽda
ciũ, q̃d oẽs ſancti & uniuerſus orbis, a morte Petri & Pauli in hunc
uſq; diẽ, ore uno & unanimi cõfeſſione affirmauerũt ſp. Quinetiã
lapides & ſepulchra huic ueritati teſtimoniũ ꝑhibẽt. Et aliud adijcis
Patrimoniũ — q̊ nihil delyrius ais, aut dici, aut cogitari poſſe, Tuſciã ſcʒ patrimo-
S. Petri. — niũ Petri appellari. Certe B. Gregorius in regiſtro frequẽtiſſime ap
pellat patrimoniũ ſancti Petri, nõ ſolũ in Tuſcia, ſed etiã in Cãpania
Apulia, Lucania, Calabria, Dalmatia, Sicilia, Aphrica, & Gallia, Et
gñaliter ubicũq; habebat annuos reddit⁹ eccl̃ia Ro. Quẽadmodum
adhuc hodie eccl̃iaꝝ patronis, ꝑdia & alia ipſaꝝ bona dicuntur eſſe

eiuſmodi

eiuſmodi ſctōꝝ, Sic ſane Auguſtæ patrimoniū ſuū habet B. Vdal-
ricus, & Mauricius, Norēbergę Laurētius, & Sebaldus, Bambergę
Henricus & Kunegūdis, Herbipoli Kilianus & Purghardus, Mogū
tiæ Martinus & Albanus. Breuiter apud chrianos, a tpibus Cōſtan
tini Auguſti, uſq; in hāc diē fundatæ ſunt ecclīæ qbuſdā redditibus
q uulgo eiuſmodi ecclīaꝝ dationes aut ſctōꝝ (qbus dedicatæ ſunt)
patrimonia dicunt̄, Solus Petrus tibi uidet̄ indignus, ut ullū dicat̄ — Patrimoniū
eius eē patrimoniū. Habuit profecto & B. Vvenceſlaus ſatis am- — Vvencellai.
plū Pragæ patrimoniū, q̊d barbari & ſacrilegi, ſocij tui Huſſitæ diri
puerūt. Ita uelis & Romę fieri B. Petro, ſed nobiliores religioſioreſ-
q; ſunt Cæſar & Romani, q̄ ut ſacrilegiū uſq; adeo barbarū & impi-
um cōmittant. Quantulū tn̄ eſt illud Petri in Tuſcia patrimoniū, q̊d
tā inuidioſe obijcis? Nobiliſſima profecto in ea oppida ſunt Floren
tia, Sena, Volaterra, Piſæ, Luca, Lima, Piſtoriū. Quātū aūt eſt in his
Petri patrimoniū? Vnde q̄ſo ſunt Florētinis tātæ opes & potētia, ſi
Tuſcia eſt tota Petri patrimoniū? Paup profecto eēt B. Petrꝰ, ſi non
aliud haberet patrimoniū, q̄ q̊d in Tuſcia hodie habet, Fruſtra igit̄
de Tuſcia in Ro. pōtificē cōcitas inuidiā principū, qa exiguū eſt pro
tāto capite totiꝰ ecclīæ ibi patrimoniū. Maximā partē tenēt Foren
tini, bonā Senēſes, nō pœnitēdā itē Lucenſes, Habet & nobilitas ca-
ſtella & prædia non pauca. ¶Explicit Liber Tertius.

## ¶INCIPIT LIBER QVARTVS.

Reſtat nūc ultimo Velene cōgreſſu recupare armā & 
ſpolia, q̄ te falſo iactitas eripuiſſe nobis. Arbitror āt — Perfidiæ ia-
ſatis iā cōſtare, multo & plura & ualidiora nobis eē — cula.
arma, cōtra leuiſſima pfidiæ tuæ iacula, q̄ q̄ tu hic
ſeptē cauillis cōmemoras & recēſes, Et lōge fortio-
res ſunt milites nr̄i, Ignatius, Egeſippus, Hirenæus,
Tertullianus, Origenes, Cyprianus, & id genus reliqui q̊s in aciē pro
duximus, q̄ ut uaniſſima pſuaſionū tuaꝝ uelitatiōe terreant̄, aut pe
dē loco moueāt. Cataphrattis tibi grauiſſimis opus erit, ſi nr̄am ue
lis prumpere aciē. Nūc tp̄s eſt (ne p̄ludā diutius) extorquere tibi ere
pta (ut putas) nobis a te ſpolia cauillorum.

### ¶Cauillus primus.

Hoc telū iā pridē recupauimꝰ. Siue em̄. 14. ſiue. 17. aut. 18. annos po — Gala. ij.
nas, ab aſcēſione dn̄i, uſq; ad cōciliū Hieroſolymitanū, in q̊ Paulꝰ cū
Petro, Iohāne, & Iacobo cōtulit de Euāgelio, Nihil penitꝰ curamus,
imo q̄to plures dederis annos, tāto melior eſt cā nr̄a, Nā facilius fuit
Petro ſemel e Roma Hieroſolymā pficiſci in annis qnq; aut ſex, q̄ in
duobꝰ aut tribus, Cū igit̄ nos ponamꝰ, Petrū. xi, aut. xij. anno (ut ua
ria eſt cōputatio) a paſſione dn̄i Romā ueniſſe, multo lubētiꝰ ample- — Fuit Petrꝰ Ro
ctimur Hieronymi q̄ Lyræ ſn̄iam, qa facilius fuerit, ex urbe ad Hię — mæ ante cō-
ruſalē redire anno 18, q̄ anno, 14. Negamus em̄ Petrū (q̊d tu ſtulte — cilium.

p̄ſupponis) an̄ illd̄ cōciliū Romæ nō fuiſſe, Imo uehemēter affirmamus eū antea Romā ueniſſe, q̊d ex Euſebio, Hiero. Platyna, Sabellico, & id genus ſcriptoribus clariſſimis, manifeſtiſſimū eſt, & minime dubiū. Videſne igiť, te hoc in cauillo magis pro nob̄ q̄ cōtra nos pugnaſſe? Qua aūt ipudētia tot hic cōuiciis iceſſis Lyrā, quē paulo an̄ iter firmiſſima ponebas teſtimonia? Nōne hæc tua ſunt v̄ba i pſuaſione. 17. Quis cōtra hæc firmiſſima teſtimonia uel hiſcere deinceps poterit? Nō igiť hic nob̄ qcq̄ eripis, ſ3 ſpolias teip̄3 armis tuis. Quē em̄ paulo an̄ iter firmiſſima teſtimonia poſuiſti, & quē nemo mēdacii arguere poſſit, hic ita repellis & abiicis, ut ignobilē ſtultū & delyrū atq3 ab oīb⁹ diſſentiētē dicas. Sed neq3 Hieronymo ſeruas fidem, tractās eū fraudulēter, more plane meretricio, Nā ubi d̄t q̊d tibi placet, ibi ē lr̄aꝝ ſyd⁹, doctiſſim⁹, & ꝓbatę fortitudīs uir. Vbi āt d̄t q̊d tibi diſplicet, Ibi & ip̄e tibi aduerſus legē Chr̄i (ut in. j. dicis pſuaſiōe) q̄ſi ex cōpoſito decertat, & cū Paulo & Luca inexcuſabil'r cōtendit. Quis igiť militet in acie tua, ſi uideat te tāta milites tuos tractare pfidia?

*Spoliat ſeip̄m Velenus.*

*Perfidia eius in Hieron̄.*

¶ Cauillus ſecundus.

Hic q̄to eſt ualidior ps nr̄a, tāto iprobior & uana cōmētatiōe v̄ſutior eſt ps tua, nō ſine ſumma, & ipudētia & ipietate. Quo eī auſu maxime temerario ſic ꝓphanas (obſecro) teſtamētū dn̄i, noua & ficta, cōtra ſenſum oīm, expōnes? Quid nō audeas q hoc audes? At memēto ſcriptū eē. Si iuſticias meas ꝓphanauerint, & mādata mea nō cuſtodierint, uiſitabo in uirga iniqtates eoꝝ, & in v̄beribus pctā eorū, Veniet (crede mihi) hora, qn̄ minime reris. ¶ Ais primo. Duplicē eē Babylonē a coſmographis didicim⁹. Vnā in Aſſyria, alterā q Aegyptiaca d̄r, nō ꝓcul ab Aegypto diſtās, Strabo tn̄ plus (inqs) ī Arabia, q̄ ꝓuinciis Aegypti hāc eē ſitā oñdit. Vn̄ Arabū lingua Chayꝝ illū uocāt, q̄ uox nō aliđ eis deſignat, q̄ ſi Babylonē nr̄ates dixerint Primū. Notior ē Aſſyrioꝝ Babylō, q̄ ut hic deſcribi debeat Aegyptiaca aūt ita deſcribiť a Strabone, lib. ultio. Vlteri⁹ (inqt) adnauigāti ē Babylon caſtellū, natura munitū, a Babyloniis qbuſdā cōditū, q huc ſecedētes, hoc in loco habitationē a regib⁹ ipetrarūt. Nūc (inqt) ī ea collocata ē una ex trib⁹ legiōibus, q̄ Aegyptū cuſtodiūt. Ab hoc loco uſq3 ad Nilū iugū q̊ddā deſcēdit, p q̊d aq̄ rotis & cochliis a flumine trahiť. 100. & 50. hoīb⁹ captiuis, cōtinue opantib⁹. Hinc Pyramides, q̄ apđ Mēphim ſunt ī ulteriore regione manifeſte apparēt, q̄ qdē ꝓpinquę ſunt. Propinq̄ ē etiā Mēphis Aegyptioꝝ regia, trib⁹ ei ſchœnis diſtat a Delta. Hæc Strabo. Recitat ex his q̄dā Volaterran⁹ & addit Ptolomæus hāc q̊q3 Babyloniā uocat. Hodie v̄o Cayꝝ appellāt. Sultanoꝝ regiā, q̄ nō caſtellū, ſed urbs maxīa eſt, plures cōplexa pp̄los, ut frequētes inde chr̄iani redeūtes indicāt. Ex his ſatis cōſtat, q̄ uere dicas, hāc plus in Arabia q̄3 prouinciis Aegypti ſitam eē, p̄ſertim in ea Arabia, quā Iudææ ponis collimitaneā, Ego profeſſo tantā impudētiā apud nullū unq̄ dep̄hendi authorē, q audeat ita

*Prophanat teſtamētū dn̄i.*

*Pſal. lxxxviij.*

*Duplex Babylon.*

*Strabo geog. lib. xvi.*

*Babylon Aegypti, Cayrū nunc diciť*

*Volater. in geogra. li. xij.*

ſine delectu & pudore, mẽtiri, fingere, cõminiſci. Ecce ſtrabo ait, una eſt ibi ex trib⁹ legionibus q̃ Aegyptũ cuſtodiũt. Itẽ ab loco deſcẽdit iugũ q̊ddã ad Nilũ. Itẽ ꝓpinqua eſt Memphis Aegyptioꝝ regia. Itẽ, apparẽt manifeſte ibi Pyramides q̃ apud Mẽphim ſunt. Et tñ tu audes dicere, q̊d Strabo dicat hãc plus in Arabia q̃ in prouincijs Aegypti ſitã eſſe. Sed clarius adhuc teſtimoniũ referã contra te ex Hieronymo, in uita Hilarionis monachi, cui⁹ profectionẽ ex Paleſtina in Aegyptũ deſcribẽs ait. Quinto igir̃ die uenit Peluſiũ, uiſitatiſq; fratribus, q in uicina eremo erãt, & in loco q dr̃ lichnos morabant, ꝓrexit triduo ad caſtrũ Theubaton, ut uideret Dracontiũ epiſcopũ & cõfeſſorẽ, q ibi exulabat. Quo incredibiliter cõſolato tãti uiri pſentia, poſt aliud triduũ multo Babylonẽ labore ꝑuenit, ut uideret Philemonẽ epm̃ & ipſum cõfeſſorẽ. Conſtantius aũt rex, Arrianoꝝ fauẽs hæreſi, utrũq; in ea loca deportauerat. Inde egrediẽs, poſt triduũ uenit ad oppidũ Aphroditon &c̃. Quis ignorat Velene propinquiorẽ Aegyto eẽ Paleſtinã & Idumæã q̃ Iudæã? Ex Betilio tñ Paleſtinæ uix quinto die Hilarion ꝑuenit Peluſiũ, urbẽ Aegypti primã, ad quã finit Idumęa. Qđ aũt & reliq̃ deinceps ꝑagrata ab eo loca fuerint in Aegypto, nõ in Arabia, ſeries ipſa declarat, poſt horũ em̃ locoꝝ uiſitationẽ ꝑuenit triduo ad montẽ B. Antonij, quẽ nemo neſcit in Aegypto habitaſſe. Qđ aũt eo tp̃e Babylon illa non fuerit urbs aut magna aut celebris, argumẽto eſt exiliũ Philemonis & adiacẽs Eremus, Certe niſi eẽt in Aegypto, nõ fuiſſet in eã deportat⁹ Philemon. Nõ em̃ Arabia, ſed Aegyptus erat ſub Cõſtantio ꝓuincia. Arabiã aũt tenebãt Saraceni, q nũc Cõſtãtij, nũc Perſaꝝ partes mercede cõducti, iuuabãt. Vt eſt uidere in hiſtoria Marcellini. Cęterũ an Chayrũ arabice dicat̃ Babylon, ignoro, utpote illi⁹ lingue impitus, Fatent̃ aũt mercatores & Chayꝝ in Aegypto eẽ.

Hiero. in uita Hila ca. xxv

Hilarion ꝑuenit Babylonẽ.

¶ Ais ſecũdo. Et ſic pſuaſiſſimũ eſt, Petrũ ex hac Babylone, uł, ſi quẽ Arabũ oblectat dictio, Chayro, epłam ſuã ſcripſiſſe. Ita ne cito pſuaſiſſimũ eſt Velene, qcqd tibi uel in buccã uel in ſomniũ uenit? Dic q̃ſo, ubi in uniuerſa ſcriptura hui⁹ Babylonis Aegyptiacę, uł ſemel fit mẽtio? Et vñ ſcis Petrũ unq̃ fuiſſe uel in Arabia, uel i Aegypto? De Paulo qdẽ ſcim⁹, qđ in Arabia, mox a cõuerſiõe ſua, fuerit De Petro aũt p̃ter te nemo hoc dicere p̃ſumpſit. Quis aũt tibi credat, toties in mẽdacijs dep̃hẽſo, qñ ſic loq̃ris nudũ ſomniũ tuũ, ſine ſcriptura, ſine teſte, ſine rõne? Quæ em̃ rõ erat, ut Petrus, neglecta Memphi & uertice urbiũ (ut ait Marcellinus) Alexãdria, alijſq; populoſis Aegypti urbibus poſthabitis, in caſtellũ ſeſe contuliſſet ad legionẽ Romonã? An ita facile erat ibi colligere eccleſiã, in caſtello militũ circumiacente uaſta Eremo? Quis fuit aũt Epiſcopus illius eccłiæ poſt Petꝝ? An uero ullus tp̃ibus Petri fuit eo in caſtello Chr̃ianus? Cur nõ in illa Babylone potius q̃ Romæ agnoſcit orbis terraꝝ ſedẽ ap̃licam?

Petrus neq; in Arabia neq; i ægypto fuit Gala. pri.

Marcelli. in hiſto. lib. xxij

Eccłia Alexãdrię ſub Marco.

Ecclia Alexādriæ ſub Marco.

Quō vͦo decebat mgr̄m Marci,& prīcipē apłoꝝ, declinare ī caſtellū
deſerti,ut ibi iter militare ꝑſidiū colligeret eccłiā. Marcū vͦo diſcipu
lū cōcedere ī urbē ppłoſiſſimā,nēpe Alexādriā,ubi multo uberior
erat ad meſſem Chr̄i ſeges,q̄ in i lo caſtello? Certe q̄ p̄clarā & florē-

Euſe.ī hiſt.ec. lib.ij.ca.xv
Hier.de ui.il.
Amb.de uirg
Greg.in regi. li.v.epłā.lx.

tē fundauerit Alexādrię eccłiā Chr̄i Marcus,ex uarijs licet hoc hiſto
rijs cognoſcere,maxīe vͦo ex his q̄ Philo Iudæus ſcripta reliq̄t, q̄rū
nōnulla recitat Euſebius in hiſt. eccł. Atteſtat̄ & Hiero.atq; Ambro
ſius,frequētiſſime itē Gregoriꝰ ad Eulogiū patriarchā Alexādrinū,
Hæc em̄ eiꝰ ſunt,in q̄dā ad illū epła vͦba,Nā ſicut oībꝰ liq̄t, B.Euā.
Marcꝰ ſc̄tō Petro apło mgr̄o ſuo Alexādriā ſit trāſmiſſus, huiꝰ nos
mgr̄i & diſcipuli unitate cōſtringimur,ut & ego ſedi diſcipuli ꝑſide
re uidear ꝓpter mgr̄m,& uos ſedi mgr̄i ꝓpter diſcipulū,dic igit̄ im
probiſſime ſomniator,cur Alexādrię fc̄tā eſt ſedes p̄triarchalis potiꝰ
q̄ in illa tua Babylone? Decuit ne diſcipuli eccłiā eē ſup eccłiā mgr̄i?
Imo oñde,ſi potes,ex q̄cūq; authore uolueris, in ea Babylone unq̄

Iniuria Veleni in B. Petrū.

fuiſſe Petri epłam,aut uiſam aut recitatā. Quis itaq; patiēter ferat tā
tā in B. Petrū iniuriā? Ecce ſi tibi credit̄,ꝓrexit Petrꝰ in Babylonem
Aegyptiacā,q̄ tūc caſtellū erat militare,iuxta deſertū,& māſit ibi ig
nauiſſime abſq; oī fructu,qñ acceſſerit,aut qñ receſſerit,aut q̄d ibi e-
gerit,aut quē reliq̄rit ſucceſſorē q̄lēq; īſtituerit ibi eccłiā,nemini ha
ctenus,niſi Veleno cognitū fuit. Cęteri aūt apłi ubicūq; fuerūt,p̄di-
cauerūt cum fructu,īſtituerūt eccłias,ordinauerūt ep̄os & clericos,
reliq̄rūt poſt ſe ſucceſſores,Solus Petrꝰ oſcitādo ſedit iter milites (ſi
dijs placet) in caſtello,nec ullā fundauit eccłiā. Ah Velene infœlix,q̄
te demētia cœpit. ¶ Ais. Qui in Iudęa & cōtermineis,undiq; circū &

Mendacium Veleni.

circa, regionibꝰ,Chr̄i nomē diuulgabat. Iudæa aūt cōfine hꝫ utrāq;
Arabiā,Petræā,& Deſertā. Quas ob res ī eis collimitancis Hrieroſo

I.Petri.I.

lymę ꝓuinciis Petrū p̄dicaſſe Chr̄m,& ex Chayro epłam ſcripſiſſe,
hoc iā q̄s neget?. Hic eſt tuꝰ Velene ſyllogiſmꝰ,licet mł̄tis a te vͦbis
interpellatꝰ. Dic igit̄,Si nō exceſſit Petrꝰ ultra cōfines Hieroſolymę
regiones,cur ſcripſit ad diſperſos e Ponto Galatia &c̄.ut tu loq̄ris,uł

Gala.ij.

ut rectiꝰ loq̄t̄ ipſe Petrꝰ,Electis aduenis diſꝑſionis Pōti,Galatię,Cap
padotiæ,Aſię,Bithyniæ? Nūq̄d hæ regiones ſunt cōterminę Hiero
ſolymis? Nōne fuit & Antiochiæ? Sed ne hāc q̄dē ullus coſmogra-
phoꝝ facit Hieroſolymis cōterminā. Quis aūt mercatoꝝ aut pegri
noꝝ tibi credat,Chayꝝ eē cōterminā Hieroſolymę? ſi nihil credis ge
ographis,ex pegrinis ſaltē quęre,q̄t dieꝝ ſit iter ab Hieroſolyma ad
Chayꝝ. Vbi aūt dicit Petrꝰ,ex Chayro ſeſe aduenis Ponti ſcripſiſ-
ſe? Cur ſimpliciter dicit,ī Babylone,& nō addit,in Babylone Aegy
ptiaca,aut in Babylone caſtello? Quis em̄ nomīe Babylonis, ſi nihil

Gala.iiij.
Falſarius Velenus.

addat̄,intelligit uel Chayꝝ,uel caſtellū Aegyptiacū? At dicis. A-
poſtolus,hoc teſtat̄,dicēs. Syna mons eſt in Arabia,q̄ cōiuncta eſt ei
q̄ nūc dr̄ Hieruſalē. Rñdeo. Primū cōmittis hic crimē falſi, falſitatis
enim

em̄ textū apl̄i,cui⁹ hæc ſunt ỽba. Syna em̄ mons eſt in Arabia,q cō-
iūctus eſt ei q̄ nūc eſt Hieruſalē,Deīn peſſime intelligis lr̄as. Sciunt
em̄ uel idiotæ ꝑegrini,ꝙ multoꝝ dieꝝ iter eſt ab Hieruſalē ad mōtē
Syna. Dr̄ tn̄ ab apl̄o mons Syna cōiūctus ei,q̄ nūc eſt Hieruſalē,iux
ta expoſitionē Lyræ, ſcd̄m ſenſum allegoricū,qa ſeruit⁹ legis ,q̄ in
Syna data eſt,tūc uigebat in Hieruſalē,qn̄ erat adhuc tēplū,in q̊ of-
ferebāt̄ ſacrificia & exercebāt̄ legalia,at ſcd̄m lr̄alē ſenſuꝫ Syna ml̄ᵗ-
tū(inqt)diſtat a Hieruſalē.Et ideo gloſſa interliniaris exponit cōiū-
ctus,id ē ſil̄is. Miror eqdē,cur hoc ꝓfundū tā ſicco pede trāſeāt Am
broſius,Hiero.& Aug,Niſi forte,qa allegoriā ꝓteſtat⁹ eſt ipſe apl̄s,
de ſenſu lr̄ali noluerint diſputare.Athanaſi⁹ tn̄,cū breuis ſit alias,hic
ꝓlixi⁹ exponit. Per Agar(inqt)nimiꝝ uet⁹ illd̄ teſtamētū interp̄tat̄.
Lex nāq; e mōte Syna tradita ē.Qui mons & ī Arabia eſt, & Agar
Arabū lingua nūcupat̄,Cōiūct⁹ āt eſt Hieruſalē,hoc ē uicin⁹ eſt &
cōtiguus,uel qa īferiori Hieruſalē cōꝑat̄ & ſil̄is eſt,& ꝓportiōe q̄dā
illi par,& ꝓ ea accipit̄,ꝓiñ una utriuſq; ſit facies, Quēadmodū igit̄
Agar,& ſerua erat,& ad ſeruitutē illos gn̄abat. Sic & lex ipſa , q̄ ex
mōte Syna,alias Agar uocitato,& nūc Hieruſalē ipſi ꝑſili ꝓdiȷt i ſer
uitutē gignit q ſibi obtēꝑat. Hęc & adhuc plura hic Athanaſi⁹.Qui
cupit,cupiat,Tu ꝓfecto & erras & in errorē mittis, Cerbereū ſpu-
mās aconitū. ¶Ais.4.Atq; eo mō ỽba Petri. Salutat uos eccl̄ia q̄ ē
in Babylone collecta,ītelligēda ſunt. Abſit,neq̄q̄ em̄ ita recte ītelligi
aut pn̄t aut dn̄t,ut iā ſup̄ dictū eſt. Nos cōtra Lutheꝝ,anq̄ tua ꝑide
mus,hūc locū ꝓduxim⁹,& ei germanū ſenſuꝫ breuiter ex gloſſis &
Hieronymo accōmodauim⁹,exiſtimātes,unū Hiero.cōtra ur̄aꝫ im
pietatē ſatis eē ualidū.Qm̄ ỽo frōtē oēm abieciſtis, iō pluribus uos
optet cōfodi cōficiq; ſagittis. Verba Euſe.ſunt. Igit̄ cū Ro.urbi claꝝ
ỽbi dei lumē fuiſſet exortū,Symonis qdē tenebrę cū ſuo authore re
ſtinctę ſunt. Sermo āt ỽitatis & lucis,q ꝑ Petrū p̄dicabat̄,uniuerſoꝝ
mētes placito illuſtrauit auditu.Ita ut q̊tidie audiētib⁹ eū,nulla unq̄
ſacietas fieret. Vn̄ neq; auditio ei⁹ ſola ſuffecit,ſed Marcū diſcipulū
ei⁹ oib⁹ p̄cib⁹ exorāt,uti ea,q̄ ỽbo p̄dicabat, ad ꝑpetuā eoꝝ cōmo
nitionē hn̄dā ſcripturę traderet,q̊ domi foriſq; ī huiuſcemōi ỽbi me
ditatiōib⁹ ꝑmanerēt. Nec pri⁹ ab obſeruādo deſiſtūt,q̄ q̊d orauerāt
īpetrarēt. Et hęc fuit cā ſcribēdi,qd̄ ſcd̄ꝫ Marcū dr̄,Euāgelīȷ. Petr⁹ ỽo
ut ꝑ ſpm̄ ſctm̄ religioſe ſe ſpoliatū cōperit,furto delectatus eſt , fidē
eoꝝ ꝑ hāc deuotionē cōſiderās,factūq; cōfirmauit,& ꝑpetuū legē-
dā ſcripturā eccl̄iis tradidit,Clemēs diſputationū libro hęc ita geſta
eē deſcribit. Cuiq; ſil̄e dat teſtimoniū,Hierapolites ep̄s noīe Papias
q & hoc dt,q̊d Petr⁹ in prima ep̄la ſua,quā de urbe Roma ſcripſit,
meminerit Marci,In q̄ tropice Romā Babyloniā noīauerit. Hacte-
nus Euſe. Hūc aūt tropū admodū ꝓlixe declarat Oroſi⁹ ex q̊ pauca
recitabim⁹. Vt aūt oīa hæc(inqt)ineffabilib⁹ myſterīȷs,ꝓfundiſſimis

Qūo Syna mons dr̄ coniunctus Hieroſolymæ.

Atha. in ep̄la Pauli,ad,Gal.

Eccl̄ia in Babylone collecta.

Euſe.in hi.ec. lib.īȷ.ca.xv

Prędicatio Petri Romæ.

Papias Romā tropice Babylone dici a Petro ait.

dei iudicijs diſpoſita,nõ,aut hũanis uiribus,aut incertis caſibꝰ,acci=
Sil̃itu dines i= diſſe ꝑdoceã,Oẽs hiſtoriæ antiquę a Nino incipiũt,Oẽs hiſtoriæ Ro=
ter Babylonẽ manæ a Proca exoriunt̃.Deinde a primo anno impꝑij Nini,uſq; q̊
& Romam. Babylon a Semi rami de inſtaurari cœpta eſt,interueniũt anni.64.
Et a primo anno Procæ,cũ regnare cœpit,uſq; ad cõditionẽ urbis fa
ctã a Romulo,interſunt anni æque.64.ita regnãte Proca,futurę Ro
mæ ſemẽtis iacta ẽ,& ſi nõdũ germẽ apperet,Eodẽ anno ipſiꝰ Pro=
cæ regni,Babylonis regnũ defecit,& ſi adhuc Babylon ip̃a cõſiſtit,
Et poſt pauca.Babylon nouiſſime eo tp̃e a Cyro rege ſubuerſa,quo
Cap.ij. primã Roma a Tarqnioꝝ regũ dñatiõe liberata ẽ,ſiq̃dẽ ſ͡b una eadẽ
q; cõuenĩetia tp̃m,illa cecidit,iſta ſurrexit.Illa tũc primũ alienigena
rũ ꝑpeſſa dñatũ,hæc tũc primũ etiã ſuoꝝ aſpnata faſtidiũ,Illa tũc q̃=
ſi moriẽs dimiſit hæreditatẽ,Hæc ꝟo pubeſcẽs tũc,ſe agnouit here=
dẽ,Tũc oriẽtis occidit imperiũ,& ortũ eſt occidẽtis.Et iteꝝ.Itẽ,Ba=
Cap.iiij. bylon,poſt annnos.1164.q̃,cõdita erat,a Mœdis & Arbacto rege eo
rũ,p̃fecto aũt ſuo,ſpoliata opibus & regno atq; ipſo rege priuata eſt
ipſa tñ poſt aliq̃diu manſit incolumis.Sil̃r & Roma poſt annos to=
tidẽ,hoc eſt.1164.a Gothis & ab Alarico rege eoꝝ,Comite autem
ſuo,irrupta & opibus ſpoliata,nõ regno.Manet adhuc,& regnat i=
columis.Q;uis in tm̃ arcanis ſtatutis in utrãq; urbẽ cõuenientiæ to
tius ordo ſeruatus ſit.Vt & ibi p̃fectus eius Arbactus regnũ inuaſe=
rit.Et hic huius p̃fectus Attalus regnare tẽtauerit,Tãetſi apud hanc
ſolã ꝯmerito chr̃iani impatoriis Honorij,attẽtatio ꝓphana uacuata
Proceres par= ſit.Ecce Velene ſtant a ꝑte nr̃a inclyti(nõ mõ pietate,ſed & uetuſta=
tis noſtræ. te)Heroes.Papias auditor Iohãnis Euãgeliſtę,Clemẽs p̃ſbr̃ Alexã=
drinus,p̃ceptor Origenis,Euſebiꝰ ep̃s Cæſareæ Paleſtinę,uir ĩ ſcrip
turis diuinis ſtudioſiſſimꝰ,imo & ĩ hũanis lr̃is eruditiſſimꝰ,Hierony
mus itẽ fulgidũ illd̃ lr̃aꝝ(te ip̃o teſte)ſydꝰ,Et Oroſiꝰ,hiſtoricꝰ ꝓba=
tiſſimꝰ,& Aug.& Hieronymi familiaritate cõprobatiõeq; illuſtris.
Ecle.iiij. Quis ãt ſtat a ꝑte tua niſi tu ſolꝰ?An ꝟo neſcis ſcriptũ eẽ.Væ ſoli,q̃a
cũ ceciderit,nõ hꝫ ſubleuãtẽ ſe.Vt tñ eo ſurgas citiꝰ,q̊ es lr̃æ magis,
q̃ ſp̃ũs ſtudioſus,lr̃atiſſimũ tibi(ut ſurgas)adiũgo Tertullianũ,cuius
Eſaiæ.primo. hęc ſunt,in eo,quẽ aduerſus Iudæos ſcripſit,libro,ꝟba.Nec hoc no=
Audite uerbũ uũ(inq̃t)ſcripturis diuinis,figurate uti trãſlatiõe hoim,ex cõꝑatiõe
dñi principis criminũ,Nã & Archõtas Sodomoꝝ appellat Archõtas ur̃os,Et po
Sodomorum pulũ ur̃m,ppl̃m Gomorrę uocat.Cũ iã olim eẽnt ciuitates iſtę extin
Ezech.xvi. ctę.Et alibi ꝑ ꝓphetã ad ppl̃m Iſrael d̃t.Pr̃(inq̃t)tuꝰ Amorræus &
mr̃ tua Cethea,q̊ꝝ ex gñe ꝓcreati nõ ſunt,ſed ob cõſil̃em ĩpietatẽ,
q̊s aliq̃n etiã filios ſuos dixerat ꝑ Eſaiã,filios gñaui & exaltaui,Sic
Eſaiæ.primo. & Aegyptꝰ nõnũq̃ totꝰ orbis ĩtelligit̃ apd̃ illũ,ſupſtitiõis & maledi
ctionis elogio.Sic & Babylõ,apd̃ Iohãnẽ nr̃m,Ro.urbis figurã por=
Apoca.xiiij tat,ꝓinde & magnę,& regno ſupbę,& ſctõꝝ debellatricis.Hęc Ter
tulli.Si uis,Velene,potes ſurgere,ſi nõ uis,ſordeſce adhuc.¶ A:is.r.
Sed q̃d de ea Babylone,cuiꝰ mẽtio apd̃ Danielẽ agit̃,Deus ꝑ Hierę

miã loqꝛ̃,dicẽs.Egredimini de medio Babylonis ppl̃e meꝰ,ut ſaluet
unuſqſq; aĩam ſuã ab ira furoris dñi?Stulta ſunt Velene & ſcelerata
q̃ hic intẽdis.Stulta qdẽ,qa nõ diſtinguis tp̱a,nec allegorias diſcer-
nis,Scelerata ỽo,qa barbarico Huſſitarꝫ exẽplo ſuades Germaniæ
ppl̃is ĩpiũ ſchiſma,hæreſimq; Bohœmicã,& dãnabilẽ defectionẽ a
ſede apl̃ica,antiq̃ & unica ipſorꝫ in fide mr̃e & nutrice.Nolo eqdẽ
Ro.curiæ uicia excuſare,Opto ut melior fiat,uelim reſtringi uiuen
di licẽtiã.Sed abſit,ut ꝓpterea alicui hoĩm ſuadeã,ab eccl̃ia Ro. de
ficere. Scio em̃ extra fidẽ illiꝰ eccl̃iæ nusq̃ eẽ ſalutẽ,ſcio ibi eẽ cathe-
drã & nauiculã Petri,ſcio Pauli ore laudatã eẽ eius fidẽ,ſcio Hiero
nymi teſtimonio,apud hãc ſolã,incorruptã ſeruari patrũ hęreditatẽ
Quid aũt Græculis ꝓfuerit,ab iſta eccl̃ia defeciſſe,miſerrima docet
nũc eorꝫ ſub Turca ſeruitus.¦Quid tuis ꝓfuerit Bohœmis,facies ter
ræ & urbiũ,barbariſſimiq; gẽtis mores,in q̊s intra cẽtũ annos(neg-
lecta,imo & cõculcata religione)flebili caſu degenerauerũt,oñdunt

Stulta & ſce-lerata Veleni intentio.

Hiero. ad Damaſum papã.

Et ne in re manifeſta ꝓlixior ſim,Lutheri tui ỽba,q̃ Lipſiæ corã
plurimis publice dixit,tibi obiter oppono. Primũ iqt,diluã cõtume
liã,Qđ me egregius D.D. inſimulat Bohœmicæ factiõis ſtudioſum
& plane patronũ,parcat ei dñs,p̃ſertim in tãta corona tãtorꝫ uirorꝫ
Nũq̃ mihi placuit,nec in æternũ placebit,q̊dcũq; ſchiſma iniq̃ faciũt
Bohęmi,ꝙ ſe autoritate ꝓpria ſeparãt a nr̃a unitate,ẽt ſi ius diuinũ
ꝓ eis ſtaret,cũ ius ſup̃ mũ diuinũ ſit charitas & unitas ſpũs. Hęc tuus
Theſeus in Lipſico duello. At in Galatis ſuis mľto ꝓlixius damnat
q̊d tu hic tãtop̱e ſuades. Etem̃ ſup̱ illo ỽbo apl̃i, Alter alteriꝰ onera
portate,ait,Hi ſane p̱uertũt hãc doctrinã,q nolũt ſua onera portari,
& ſolũ cõmodis aliorꝫ frui & uehi,hoc ẽ,uolũt nõ ĩ terra,ſꝫ ĩ paradi-
ſo,nõ ĩter pctõres,ſꝫ ĩter ãgelos,nõ ĩ mũdo,ſꝫ ĩ cęlo uiuere. Quibꝰ q̊ꝫ
timẽdũ eſt,ne & hic recipiãt mercedẽ ſuã,& ĩ hac uita ſuũ regnũ cœ
lorꝫ poſſederit. Nã cũ ſpõſa nolũt eẽ liliũ ĩter ſpinas,Nec cũ Hieruſa
lẽ ĩ medio gẽtiũ poſita,nec cũ Chr̃o dñari ĩ medio ĩimicorꝫ.Euacuãt
ei crucẽ Chr̃i ĩ ſeipſis,& ocioſaꝫ ac ſtertẽtẽ,aliĩſq; hũeris uectatã cha
ritatẽ hñt. Eccl̃ia ei tũc ſp̱ fuit optĩa,qñ agebat ĩter peſſimos. Horꝫ ei
onerꝫ tolerãtia,mire rutilauit eiꝰ charitas. Aliogn cur nõ Moſes q̊q;
reliqt durę ceruicis ppl̃m?Cur nõ Heliſeꝰ & ꝓphetę,reges Iſrael ido
latras?Cõſequẽs ẽ,ꝙ Bohœmorꝫ diſſidiũ a Ro. eccl̃ia,nulla poſſit ex
cuſatõe defẽdi,qn ſit ĩpiũ,& Chr̃i legibꝰ cõtrariũ,qa cõtra charitatẽ
ĩ q̃ oẽs leges ſummãꝛ̃,ꝓſtat. Et ĩ ꝓlogo ita p̃faꝛ̃,Diſtinguo(inqt) ĩter
Ro. eccl̃iã & Ro. curiã. Illã ſcio puriſſimũ eẽ thalamũ Chr̃i,matrẽ ec-
cleſiarꝫ,dñam mũdi,ſꝫ ſpũ,id ẽ,uiciorꝫ,nõ rerꝫ mũdi,ſpõſam Chr̃i,
filiã dei,terrorẽ ĩferni,uictoriã carnis. Et qd dicã?Cuiꝰ ſunt oĩa iux-
ta Paulũ,Corin. 3. Ipſa aũt Chr̃i,Chr̃s aũt dei. Hęc & mľta id genus
alia dixit Luth. tuꝰ,nõ olim ſane,cũ pacẽ haberet,ſꝫ ĩtra h̃ q̃driẽniũ
qñ iã hæreſeos reus agebaꝛ̃,Nũc igiꝛ̃ te cũ illo cõmitto. Dignꝰ ꝓfe-
cto nõ es,ut uiro bono negociũ amplius facias,tot fœdus flagitĳs.

Verba Lutheri.

Nõ eſſe deſciſcendũ a Roma. eccl̃ia.

Gala. vi.

Attendite hic oẽs Lutherani.

¶Cauillus tertius.

Petrus publi-ca authorita-te prim⁹ Ro-mam uenit.

Chryſo. ſuper Mat. h. c. xvi.

Nõ ſunt hęc magni momẽti, q̃ obijcis & q̃ dicis, Credibile ſane ẽ q̊ſ-
dã frẽs priuatim uel ex Iudæa, uel ex Antiochia Romã ueniſſe, ſiue
fidei dilatãdæ ſtudio, ſiue negociorꝫ cauſarꝫq́ꝫ expediẽdarꝫ grã. Sed
publico cõſilio & authoritate añ Petrũ neminẽ fideliũ Romã ueniſſe
credo. Primũ, qa cũ Petrus eẽt princeps (ut ait Chryſ) apl'orꝫ, & uer
tex totius cõſortij, merito ipſe p̃ cæteris ire debuit Romã, principẽ ci
uitatũ, caput mũdi, ſummũq́ꝫ oĩm urbiũ uerticẽ. Deinde, Symõ ma
gus nullus apl'orꝫ æque ac Petrũ nouerat & timebat, Nã dixerat ei
olim in Samaria Petrus. Pecunia tua tecũ ſit in ꝑditionẽ, Cũ igiť Sy
mon ille magicis p̃ſtigijs tãtæ factus eẽt exiſtimationis Romæ, ut &
uulgo deus putareť, & ſtatuis honorareť, Quis rogo chr̃ianorꝫ po-
tius ueniret Romã, ad expugnãdũ illũ, q̃ Petr⁹, q & antea uicerat &
cõfuderat eũdẽ in Samaria? Tertio. Erat Petrus ſumma eccl'iæ colũ-
na, decuit igiť, ut in ſummo & oportuniſſimo loco ſedẽ apl'icã ſum-
mũq́ꝫ põtificatũ fundaret, cõſtitueret, erigeret, Quæ ãt urbs erat aut
maior aut oportunior, ad rñdendũ (qđ põtifices Ro. faciũt) oĩm to-
tius orbis eccl'iarꝫ cõſultationib⁹ q̃ Roma? Poſſent cõplures id gen⁹
rõnes & iuſtæ & ꝓbabiles in mediũ afferri, Sed ſi has reijcis, reijcies
etiã ſexcẽtas. Neq́ꝫ tñ ſolũmõ cõiecturis ducor, ſed authores q̊q́ꝫ, q̊s
ſequi cõuenit, habeo. Omitto hic eos, q̊s antea in. 18. demonſtratio-
nibus produxi. Euſebiũ in eccl'iaſtica hiſtoria propono, dicẽtẽ. Sed
nõ in lõgũ ꝑmanet, fraude q̃ ſita eſt, diuinitas. Cõtinuo nãq́ꝫ in ipſis
Claudij tꝑibus, clemẽtia diuinæ prouidẽtiæ, probatiſſimũ oĩm apl'o
rũ, & maximũ fidei magnificẽtia, & uirtutis merito primorꝫ princi
pẽ Petrũ, ad urbẽ Romã, uelut aduerſus gñis hũani cõem ꝑniciẽ, re-
pugnaturꝫ deducit, Ducẽ quẽdã & magiſtrũ militiæ ſuæ, ſciẽtẽ diui
na p̃lia gerere, & uirtutũ caſtra ductare. Iſte aduenięs ex Oriẽtis par
tibus, ut cœleſtis qdã negociator, mercimonia diuini lumĩs, ſi qs ue
lit cõꝑare, parat⁹ aduexit, Et ſalutaris p̃dicatiõis v̾bo prim⁹ in urbe
Roma, Euãgelij ſui clauib⁹, ianuã regni cœleſtis apuit. Hęc hiſtoric⁹
Quid aũt poſſim uel clari⁹ uel certi⁹ adducere? Tãgit rẽ eãdẽ etiã B.
Aug. in lib. de hæreſib⁹, ſed min⁹ clare. Hic (inqt) Symõ mag⁹ falla
cijs decepat ml'tos, Negabat carnis reſurrectionẽ, & aſſerebat ſe eſſe
Chr̃m. Itẽq́ꝫ, Iouẽ ſe credi uolebat, Mineruã v̾o meretricẽ quãdã Se
lenen, quã ſibi ſociã ſcelerꝫ fecerat, Imagineſq́ꝫ & ſuã & eiuſdẽ me-
retricis, diſcipulis ſuis p̃bebat adorãdas, q̊s & Romæ, tanq̃ deorꝫ ſi-
mulacra, authoritate publica cõſtituerat, In q̃ urbe B. apl's Petrus eũ
uera oĩpotẽtis dei uirtute extinxit. Nunq̃ ꝑfecto aliũ q̃ Petrũ legí
Ro. eccl'iã fundaſſe primit⁹. Si tu noſti aliũ, cur illũ nõ ꝓfers? Vbi ãt
ait uel Oroſius uel Tertullianus, añ q̃ Petrus Romã ueniret, fundatã
eẽ iã tũ Ro. eccl'iã? Nõne ait Tertullianus, aut nũciatũ ſibi ex Syria?
Nõne Oroſius, Pylatus p̃ſes Paleſtinę ad Tyberiũ retulit? Nõne igiť

Act. xviij.

Hiſt. ec. lib. ij. cap. xiiij.

Aug. in li. ad Quod uult de um. ca. primo

Petrus Ro. ec-cleſiã primus fundauit.

Tyberi⁹

Tyberius potuit & de Chr̄o referre ad ſenatū, & de chr̄ianis ædictū
ponere, nullo etiā chr̄iano in urbe exiſtēte? Quid miſer eos ī teſtes ꝓ
ducis, q cōtra te aptiſſime teſtāť Petrū Romæ fuiſſe? Qūo āt ſequiť,
Añ Petꝛ aliq chr̄ianoꝝ Romæ fuerūt, ergo Petrꝰ Romæ non fuit?

¶Cauillus quartus.

Quæ de apocryphis hic cōmemoras, nihil moror, imo libēter legi, — Apocrypha
Etiā ſup̄ dixi, nihil mihi negocij eē cū paſſionibꝰ illis q̄ Lino & Dio
nyſio aſſcribūť, Adduxi & hic & in alio aduerſus Lutheꝝ libello au
thores, ut mľtos, ita & graues ac fide dignos, ijs nitor, nō illis paſſio-
nibus. Q̄ꝫ aūt Hierarchias Dionyſii Areopagitę eē negas, nō probo — Opa Dionyſii Areopagitæ.
Nā & ſublimitas tractatuū & maieſtas reꝝ talē uirū repſentant, Et
epľa eiꝰ ad Apollophanē, Alia itē ad Iohānē Euāgeliſtā certiſſimū p̄-
bet teſtimoniū. Sed & noīa eoꝝ, qbꝰ libros nūcupauit, indicio ſunt,
illius Dionyſii eos eē libros. Vtinā extarēt & alia, q̊ꝝ meminit, ipſiꝰ
opa. Mihi ꝑfecto nimiū uideť ingrati, q p̄clara illa opa nō ſuſcipiūt
reuerēter. Quæ eqdē Hieronymi & Greg. tpibus latuiſſe arbitor. Il-
le em̄ nūq̄ (q̊d meminiſſe queā) eiuſmodi libroꝝ meminit, Nec inter
uiros illuſtres (q̊d alioq uehemēter admirarer) hūc Dionyſiū cōme-
moraret, lꝫ referat mľto ignobiliores. Q̄ꝫ aūt Gregoriꝰ papa libros — Gre. hom. 34
illos nō uiderit, ipſe ꝓdit, in q̄dā homilia dicēs. Ferť v̾o Dionyſius
Areopagita, antiquus, vcꝫ, & uenerabilis pr̄, dicere, q̊d ex minorum
angeloꝝ agminibꝰ foras ad explēdū miniſteriū uel uiſibiľr uel inui-
ſibiľr mittanť. Et tñ de Dionyſio. Q̄d aūt de Egeſippo ſentis impro- — Velenus in Egeſippum
biſſimū eſt, Nimis em̄ īprobe dicis. Qualiter hō ille poſt mľta tpa Ro
mā ueniēs, hiſtoriæ ſeruare potuiſſet v̾itatē? Nōne fateris ip̄e, eū ſub
Aniceto Romā ueniſſe? Nōne Hieronymꝰ uocat eū uicinū apľoꝝ tē
poꝝ? Credis Suetonio Trāq? Credis Cor. Tacito? At iſti multo lō-
giꝰ diſtabāt a morte Iulij Cęſaris, q̄ Egeſippꝰ a paſſiōe apľoꝝ. Quid
q̊d credis T. Liuio, de Romulo, aliiſqꝫ regibꝰ & cōſulibus, a qbus tot
ſęculoꝝ interuallo aberat. Tu ne igiť inter diſertos haberis, q oēm hi
ſtoriis fidē adimis? Qua aūt impudētia dicis, neqꝫ Roma, illa tēpeſta — Euſe. in hiſto. ec. li. ij. ca. xxv
te, de eoꝝ paſſionibꝰ, qcq̄ ſibi cōſcia erat? Opæp̄ciū ſane fuerit, ad-
notare hic in tui cōfuſionē, q̄ Euſebiꝰ tradit in hiſto. eccle. Igiť Nero
(inqt) ut apertū ſe hoſtē diuinitatis pietatiſqꝫ ꝓfeſſus eſt. Ipſoꝝ prius
apľoꝝ (qppe q duces & ſigniferi erāt in ppľo dei) expetit neces, Et
Paulū qdē capite, in ip̄a urbe Roma, Petrū v̾o crucis patibulo cōdē
nat. Hoꝝ teſtimoniū q̄rere extrinſecꝰ, ſupfluū puto, Cū rē geſtā in-
ſignia, uſqꝫ in hodiernū, & ſplēdidiſſima eoꝝ monumēta teſtēť. Ve- — Trophea Petri & Pauli.
runtñ ſcribit de his etiā Cayus qdā, ſcriptor antiquus. Qui cū Zephe
rino, Ep̄o Ro. aduerſus Proculū quēdā Cataphrygē diſputās, hęc de
apľoꝝ cōmemorat locis. Ego (inqt) habeo trophea apľoꝝ q̄ oñdam
Si em̄ ꝓcedas uia regali, q̄ ad Vaticanū ducit, aut uia Oſtiēſi, inue-
nies trophea defixa, qbus ex utraqꝫ pte ſtatutis Romana cōmuniť

Hiorony. ad Marcellam. eccl'ia, Sic & Hieronymus ſcribit ad Marcellã matronã Ro. Eſt qdē
tibi ſctã eccl'ia, ſunt trophea apl'orũ & martyrũ, eſt Chr̄i uera cõfeſſio
& apl'orũ p̄dicata fides, & gẽtilitate calcata, in ſublime q̃tidie erigit̃
uocabulũ chr̄ianũ. Sed ãbitio, potentia, magnitudo urbis, ſuideri &
uidere, ſalutari & ſalutare, laudare & detrahere, uel audire uel ꝓloq
& tãtã hoĩm frequẽtiã uidere, a ꝓpoſito monachorũ & a quiete alie
na ſunt.

¶ Cauillus quintus.

Paul⁹ de Ro. eccl'ia. Hic ſummã euomis ĩpietatẽ. Primo qdẽ in ſacro ſanctã eccl'iã Ro.
quã Paulus & oẽs ſancti tãtopẽ uenerati ſunt. Verba Pauli ſunt. Cer
Rom. xv. tus ſum aũt frẽs mei & ego ipſe de uobis, qm̄ & ipſi pleni eſtis dile
ctione, repleti oĩ ſciẽtia, ita ut poſſitis alterutrum monere. Audacius
aũt ſcripſi uobis ex parte tanq̃ in memoriã uos reducẽs ꝓpter grãm
q̃ data eſt mihi a deo. Et infra. Obſecro ergo uos frẽs ꝑ dn̄m nr̄m Ie
ſum Chr̄m & ꝑ charitatẽ ſancti ſpũs, ut adiuuetis me in orõnib⁹ ue
ſtris ad deũ, ut liberer ab infidelibus q ſunt in Iudæa. Ecce q̃tũ tribu
it Romanis Paulus. Pleni (inqt) eſtis dilectione, repleti oĩ ſciẽtia. Tu
ꝟo uir ſpurie & impure, ais. Romanã ꝟo eccl'iã hæc mẽdacia appro
bare, profiteri, decantare, qd prohibet? q̃ mendacijs eſt alioqui re
fertiſſima. Excedis profecto hac immaniſſima iniuria & calũnia oẽs
Ep'la. xi. Iudæos, Turcas & Paganos. Quis eñ illorũ ita loquit̃? At minime
ita ſenſerunt uiri ſancti', uiri docti, uiri religioſi. Verba Ignatij
ſunt, in ſua ad Romanos ep'la. Ignatius eccl'iæ ſanctificatæ & illumi
natæ in uolũtate dei, q̃ & p̄ſidet in loco regionis Romanorũ, deo di
gnæ, eminẽtia dignæ, btitudine dignæ, laude dignæ, fide dignę, fun
datæ in dilectione & fide Chr̄i, paternũ nomẽ hn̄ti, ſpiritiferæ. Quã
In. iij. li. aduer ſum hæreſes & ſaluto &c̄. Verba Hirenæi ſunt. Aniceto ſucceſſit Sother, q nunc
xij. loco ab apl'is, Ep̄atus obtinet ſortẽ. Et eaſdẽ, q̃s apl'i tradiderunt,
p̄dicationes diuinæ fidei integras illibataſq; cuſtodit. Verba Dio
Euſe. hiſto. ec. nyſii Corinthiorũ ep̄i, in ſua ad Romanos ep'la (ut Euſebius recitat)
lib. iiij. ca. zz ſunt. Btũs uero ep̄s ueſter Sother, nõ ſolũ ſeruauit, q̃ p̄res tradiderãt
ſed & auxit in melius. Et infra. Beatã duxim⁹ hodiernã dominicã
diẽ, in qua legimus ep'lam ueſtrã, quã & ſemꝑ nr̄i cõmonitionẽ legi
Tertul. ĩ li. de p̄ſcrip. hæreti. mus, ſicut & illã priorẽ a Clemente ad nos ſcriptã. Verba Terullia
ni ſunt. Fœlix eccl'ia (Romanã loquit̃) cui totã doctrinã apl'i cũ ſan
guine ſuo profuderũt. Vbi Petrus paſſioni dñicæ adęquat̃, ubi Pau
lus Iohãnis exitu coronat̃. Videamus qd dixerit, qd docuerit. Ver
Cyp. in ep'lis. lib. i. epiſt. iij ba Cypriani ſunt. Poſt iſta, nauigare audẽt & ad Petri cathedrã, atq;
eccleſiã principalẽ, unde unitas ſacerdotalis exorta eſt. Nec cogita
eos eẽ Romanos, q̃rũ fides, apl'o p̄dicante, laudata eſt. Ad q̃s perfidia
habere nõ poſſit acceſſũ. Ne aũt nũc aliter dicẽdũ eſſe dicas, ex cha
Iohã. Huſs de eccl. ca. xv. riſſimorũ dictis pauca ſubiungã. Verba Idoli tui, Iohãnis Huſs ſunt
Verũ ergo concludit̃ (inqt) q̄ a deo immediate, & nõ ab hoĩe, Papa
habet excellentiã dignitatis. Et infra. Nec uerũ eſt, ubicũq; eſt papa,
Cap. xviij. ibi eſt Roma, Quãuis uerũ eſt, ubicũq; fuerit papa, dũ fuerit hic ĩ te

Lau. Valla de Dona, Conſt.
Luth. i ꝓlogo in ep̄l. ad Ga.

ris, ibi eſt authoritas Petri in papa, dū nō deſcēdit a lege Chr̄i. Verba Herculis tui Lau. Vallæ ſunt. Et pontifices Ro. appellat uicarios Petri, quaſi uel uiuat Petrus, uel minori ſint dignitate cæteri, q̄ Petrus fuit, Verba Theſei tui Martini Luth. ſunt. Eccl'iā Ro. ſcio puriſſimū eē thalamū Chr̄i, matrē eccleſiaꝝ, dominā mūdi, ſpōſam Chr̄i, filiā dei, terrorē inferni, uictoriā carnis, Et qd dicā? Cuius ſunt oīa, ipſa aūt Chr̄i, Chrūs aūt dei. Ecce nō dicit, ſcio fuiſſe, ſed ſcio eē. Verba deniq; celeberrimi uiri Eraſmi Roterodami ſunt. Q, ſi mihi (inquit) penitus cōſtaret, qd eccl'ia ea de re cenſeret promptiſſime accederē eius iudicio. Illud em̄ certiſſimū eſt, quicqd illa decreuit, me toto pectore ſequi uelle. Et ſi qd etiā ſecus uidereť, ſꝑ animi mei ſenſum illius iudicio ſubmittere. Et alibi. Sup̱ fidē (inquit) quā Petrus ꝓfeſſus eſt, & hacten⁹ Ro. ſeruauit eccl'ia. Qua nō alia minus laborauit hæreſibus.

Eraſ. Roter. in Iacobū Fabꝝ.

Eraſ. in epiſt. Hrer. ad Da.

¶ Deinde ais potuit ne diſcipulus apl'icus hæc portenta horridiſſima toto cœtui fideliū ſcribere, ut iā Chr̄s Petro occurſurus, tunc e cœlis deſcenderit? Non diciť, improbe falſarie, in illa paſſione, ꝙ Chrūs e cœlo deſcēderit, ſed ꝙ Petr⁹ uiderit ſibi Chriſtū occurrere. Si tn̄ diceret, ꝙ e cœlis deſcenderit, id intelligerē, ſpecie & uirtute, nō corpore glorificato, Chriſtū deſcendiſſe. Manet quidē corpore glorificato ſemꝑ in cœlis, ſedēs ad dexterā patris, Varijs tn̄ modis ad nos deſcēdere dr̄, Iā ſacramētaliter in cōſecratione panis & uini, Iā effectualiter, aliqd ī aſſumpta ſpecie oꝑans apd̄ nos. Sicut Paulū prope Damaſcū ſubito circūfulſit lux de cœlo, Et cadēs ī terrā, audiuit uocē dicētē ſibi, Saule Saule qd me ꝑſeq̄ris. Qui dixit qs es dn̄e? Et ille, Ego ſum Ieſus, quē tu ꝑſequeris. Quid ad hęc dicis Rapſaces īprobiſſime? Nūqd & hęc horrēdiſſima ſūt mēdacioꝝ portēta? Ecce audiuit Paul⁹ uocē dicētē ſibi, Saule Saule qd me ꝑſeq̄ris Nūqd ꝟo uox illa ī cęlo ꝓlata ē ex ore Chr̄i ſedētis ad dexterā pr̄is? Qūo igiť tā ſubito penetrauit oēs cęlos, & ꝑuenit cōtinuata ꝑ tot cęloꝝ & elemētoꝝ tract⁹ ad aures Pauli? An nō poti⁹ circa Paulū, ſiue ꝟtute diuīa, ſiue āgeloꝝ miniſterio, & nata ē & formata ī aere? Et tn̄ nō mētiť uox illa, dicēs, qd me ꝑſeq̄ris. Q; q̄ ei Ieſus tūc ꝟe ſedebat corꝑe gl'ioſo ī cęlis ad dexterā pr̄is. Tn̄ erat ēt eodē tꝑe ſil' ī terris effectual'r ꝑ lumē, uocē, ꝓſtrationē, loq̄lā, circa Paulū. Ido ꝟe dixit. Ego ſum Ieſus, quē tu ꝑſeq̄ris. Ita & Petrus (ſicut nos ſup̄, nō ex Lini paſſiōe, ſ; ex Egeſip. & graui & antiq̄ hiſtorico. retulim⁹) ubi uētū eſt ad portā, uidit ſibi Chr̄m occurrere, & adorās eū dixit. Dn̄e q̄ uenis Dicit ei Chrūs, iterū uenio crucifigi. Intellexit Petrus de ſua dictum paſſiōe, ꝙ in eo Chr̄s paſſur⁹ uidereť. Et cōuerſus ī urbē redit. Quis rogo ita demēs eſt hic, ut dicat, eo tꝑe Chr̄m nō fuiſſe in cęlo, aut nō ſediſſe ad dexterā pr̄is? Erat utiq; tūc in cœlis, ut ſꝑ, ꝑſonal'r, in corpore glorificato. Erat nihilominus & apud Petrū in aſſumpta ſpecie uirtual'r & effectiue Nā & angeli pn̄t aſſumere corpa, nihiloſeci⁹ tn̄ uidēt ſꝑ (ut ait in Euāgelio dn̄s) faciē patris qui in cœlis eſt. Ita ſane

Qūo Chrūs deſcēdit de cœis.

Act. ix. In cōuerſiōe Pauli.

4. Reg. xviij.

Egeſip. hiſto. lib. iij. ca. ij.

Qūo deſcendunt angeli. Mat. xviij.

Gene. xviij uidebāt eā illi tres uiri,q̃s hoſpitio ſucepit Abrahā. Ita & illi duo an
Gene. xix. geli q̃s Loch in Sodomis cōpulit,ut diuerterēt ad ſe, Ita & uir ille, q
Gene. xxxij luctabat̃ cū Iacobo uſq; mane. Si ergo hoc pn̄t angeli,quāto magis
Chr̄s? Egregie igit̃ te ipm̄ Velene iugulaſti,eo,q̄ de Paulo retuliſti,
exēplo & Egeſippi hiſtoriā cōfirmaſti,temetipm̄ pulchre redarguēs

¶ Cauillus ſextus.

Pſal. lviij. Cogit me ſumma tua,Velene,ĩprobitas hic tādē dicere cū Pſalmiſ.
Eripe me dn̄e ab hoīe malo,a uiro iniq̃ eripe me,eripe me de inimi-
cis meis(imo & tuis)Deus me⁹ eripe me de operantib⁹ iniq̃tatē,Pro
fecto pfecto,niſi papa & imperator ædictis ſeueriſſimis cōſtituerint,
ne paſſim q̃buslibet ſciolis,q fuco verborum ſupbiunt,liceat,ſacras lr̄as
pphaniſſimis & manibus & ſtudijs tractare,puertere,temerare,cor
rūpere,actū erit de religione,de fide,de eccl̄ia, de pace. Et abibit oīs
Germania(q̊d horreſco referēs)in Chaos cōfuſum,in abominatōes
barbaricas,in bohœmicas cryptas,atq; in oē flagiciū ſceluſq; ĩpieta-
tis,Vtinā falſus ſim uates. ¶ Ais primo. Qui Clemētij aſſcribūtur
libri,minus eſt tutū eis credere,qm̄ eorum q̃dā ſuppoſiticij, q̃dā uero
Duo Clemen-tes. magna ex parte depuati ac erroribus infecti,ut iā antea probauimus
Primū. Cur nō facis duos Clemētes,ſicut duos Marcos? Vtiq; nō eſt
Philip. iiij. unus & idē Clemēs,is cuius meminit Paulus,& ille q ſcripſit octo li
bros informationū. Prior em̄ ſub Nerone fuit & Claudio cū Paulo
Hier. de ui. il. Poſterior vero ſub Seuero & Antonino eius filio. Prior Romæ(ut aſ-
ſerit Hierony.)fuit ep̄s. Poſterior vero Alexādriæ pſbyter. Prior diſ-
cipulus Pauli. Poſterior p̄ceptor Origenis. Vtriuſq; ſcripta recenſet
Hieronym⁹. Prioris unica extitit(q̃ tn̄ iā depdita eſt) ad Corinthios,
(ut paulo ſupius ex Euſebio dixim⁹)epl̄a,ualde(ut ait Hieronym⁹)
utilis,ex pſona Ro. eccl̄iæ. Poſterioris uero p q̃ plurimi fuerūt libri.
Euſe. in hiſto. ec. li. iij. ca. 31. Priori aſſcripta fuerūt falſo aliq̃t libri apocryphi ,uti ex Euſebio re-
fert Hieronym⁹. Verba ſane Euſebij ſunt. Dr̄ tn̄ eē alia Clemētis epi
ſtola,cuius nos noticiā nō accepim⁹, Sed & alia(inq̃t)eius opuſcula,
nō minima,a nōnullis haberi phibent̃,uelut Petri & Appionis diſ-
putatio,quā in uſu a ueterib⁹ habitā,minime repimus,q̃a nec pura
in eis & incorrupta apl̄icæ fidei regula māſiſſe dephēdit̃. Vidi ego
Normbergæ in uetuſto codice mirabiles illos libros,de q̃bus in De
Diſt. xv. c. ſan-cta Romana. cretis ait Gelaſius papa, Itē,Itinerariū noīe Petri apl̄i, q̊d appellatur
ſcti Clemētis,lib. 8. apocryphi. At de libris poſterioris Clemētis ni-
hil tale uidi aut legi,licet eū frequētiſſime alleget Euſebius. Falleris
Varij lapſus Veleni de Cle-mente. igit̃ de Clemēte multis modis,Primo,q̃a duos cōfundis in unū. Se-
cūdo,q̃a informationū libros ei aſſcribis,cuius meminit Paul⁹. Ter-
tio,q̃a tāq̃ unus,& nō octo ſint informationū libri,ais. ut & Clemēs
Philip. iiij. libro informationū ſcripſit. Quarto,q̃a nō ad Coloſſenſes(ut tu ais),
ſed ad Philippēſes(ut Hieron̄. ait)ſcribēs Paulus,Clemētis facit mē
tionē. Verba Pauli ſunt, Etiā rogo & te germane cōpar,adiuua illos

q mecū

q̄ mecū laborauerūt in euāgelio, cū Clemēte & cæteris adiutoribus Euſe.hiſto.ec.
meis, q̄ꝝ noīa ſunt in libro uitæ. Hic nihil dīt de Clemēte Ambroſi⁹, lib.iij.ca.li.
nihil Athanaſi⁹, nihil gloſſæ. Euſebi⁹ aūt in hiſtoria ait. Memorat̄ ex Lego Galatiā
comitib⁹ Pauli Creſcēs qdā ad Gallias eē ꝓfectus, Linus ṽo, & Cle
mēs, in urbe Roma ecclīæ p̄fuiſſe, in q̄ comites & adiutores ei⁹ fuiſſe
ab ipſo Paulo ꝓhibent̄. ¶ Ais ſcđo. Itaq; ſciēdū, qđ in noui teſtamē- Tres fuiſſe
ti libris duos Marci cognoīe fuiſſe inſignitos, inuenim⁹, q̄ꝝ prior di Marcos.
cebat̄ Iohānes Marc⁹. Nihil moror Velene duos fuiſſe Marcos, imo
dubito an fuerint tres. Nuſq̄ em̄ legi cognatū Barnabæ, Iohānē co- Act.xv.
gnomēto Marcū (ut ī actibus dr̄) Euāgeliū ſcripſiſſe. Et Marcus, cui⁹
ad Timotheū in poſteriori epl̄a meminit Paulus, nō potuit eē ille, q Hier. de ui. il.
Alexādrinā fundauit ecclīā, is em̄ .8. anno Neronis (ut ait Hieron̄.)
mortu⁹ eſt, & ſepult⁹ Alexādriæ, ſuccedēte ſibi Aniano. Dubito igit̄
an Marcus Euāgeliſta, diſcipulus & īterpres Petri, primuſq; Alexā-
driæ pōtifex, alius ſit ab illis duobus. Barnabæ em̄ cognat⁹, nō noīe
ſed cognomēto dicebat̄ Marc⁹, cū noīe ꝓprio diceret̄ (ut ſæpe noīat̄ Act. xiij.
in actibus) Iohānes, Marcus aūt Pauli poſt mortē Marci Alexādrini
fuiſſe dinoſcit̄, utpote de q̄ Paulus, cū tp̄s reſolutiōis eius iā inſtaret ij.Timo.iiij
ſcripſit Timotheo, Marcū aſſume, & adduc tecū. Eſt em̄ mihi utilis Euſe.hiſto.ec.
in miniſterio. De Marco aūt Euāgeliſta, ita ſcribit (ut recitat Euſebi li. iij. ca. xxxix.
us) Papias, Hieropolitan⁹ ep̄us, antiquus ſcriptor, qppe Iohānis Euā
geliſtæ auditor. Etiā hoc (inqt) p̄ſbyter narrabat, ꝙ Marc⁹ īterpres
fuerit Petri, & q̄cūq; meminerit ab eo dicta cōſcripſerit. Nō tn̄ p or
dinē ea q̄ a dn̄o dicta ſunt uel facta, digeſſerit, qa nō ip̄e auditor dn̄i
fuerit uel ſectator, ſed nouiſſime (ut dixi) Petro adhæſit, ad uſum ac
miniſteriū p̄dicādi, nō ad cōſcribēdos dn̄i ſermones. Itaq; nihil pecca
uit Marc⁹, ꝙ ita q̄dā ſcripſerit, q̄ſi q paſſim audita recordari uideat̄
Et hoc ſolū ſatis egit, ne qd ex auditis omitteret, aut aliqd falſum
ſcriberet. Hæc de Marco euāgeliſta Papias. Tu ṽo de Marco Barna
bæ hiſtoriā recitās, p̄ nimis affectata ṽboꝝ elegātia, dū aliter loq̄ris
q̄ textus hz, ſæpe Priſciano maxillā feris, in grāmatices p̄ſcripta pu-
eril'r īpingēs. Nos itaq;, abiecta hac noua narratiōe tua, manem⁹ cū
antiq̄. ¶ Ais tertio. Qui qdē Marcus, Barnaba ob nomē Chr̄i ī Cy- Nō ucit Mar-
pro ipiīſſime trucidato, ꝙ Aegyptū tandē iter occupauerit, nemo it cus Barnabæ
inficias, cū Philo ī Alexādria Chr̄i nomē ip̄m annūciaſſe ꝓdat. Ec- ex Cypro in
ce q̄ ſecure poetice nugator enūcias, q̄ ꝓbe defers Priſciano, q̄ bn̄ ꝓ Aegyptum.
mittis de aliis, q̄ ſcite allegas Philonē. Rogo te, ubi legiſti hūc Marcū
ex Cypro ī Aegyptū ueniſſe? Quis p̄ter te unū id affirmat? Qūo igi
tur dicis, nemo it ificias? Si em̄ ex Cypro Alexādriā ꝓfectus, ibi no Coloſ.iiij.
mē Chr̄i annūciauit, Qūo poſtea, lōge poſt Pauli & Barnabæ defen Peſuaſiōe, x
ſionē ſeparationēq;, ad Coloſſenſes ſcripſit apl's, Salutat uos Marcus Atha. ī ar. epl'ę
cōſobrinus Barnabæ? Nōne ſup̄ dixiſti, Paulū e Roma ad Coloſſen-
ſes l'ras dediſſe? Hoc egdē nō dico, ſed Athanaſiū potius ſeq̄r, q ait,

ab Epheſo ad Coloſſenſes Paulũ iã ligatũ ſcripſiſſe. Q̃d eo libentius
credo, q̃a & Timotheũ Epheſiorꝫ epm̃, ponit in frõte ep̃le, & Ari-
ſtarchũ cõcaptiuũ ſuũ in calce eiuſdẽ. Cũ igit̃ Paulus iã captiuus &
ligatus meminerit Marci, q̃ cõſobrinus erat Barnabæ, Nõ recte di-
cis tu, Marcũ iſtũ ex Cypro in Aegyptũ ueniſſe, & Alexãdriȩ Chr̃m

Euſe. hiſto. ec. lib. ij. ca. xvi.

annũciaſſe. Nã Marcꝰ ille, q̃ dr̃ euãgeliſta, e Roma Alexãdriã prexiſſe
ꝓhibet̃. Ita em̃ ſcribit Eſebiꝰ in hiſt. Tũc aũt (hoc eſt, poſtq̃ Romȩ ſcri
pſerat Euãgeliũ, q̃d Petrꝰ approbauit) Marcũ tradũt primũ ad Ae-

Hier. de ui. il.

gyptũ prexiſſe, atq; inibi Euãgeliũ, q̊d ipſe cõſcripſerat, p̃dicaſſe, &
primũ eccl̃iã apd̃ Alexãdriã cõſtituiſſe. Et Hiero. Marcꝰ (inq̃t) diſci-
pulꝰ & iterpres Petri, iuxta q̊d Petrũ referẽtẽ audierat, rogatꝰ Romȩ
a fratribꝰ, breue ſcripſit Euãgeliũ, Q̃d cũ Petrꝰ audiſſet, ꝓbauit, & ec
cleſiæ legẽdũ ſua authoritate ædidit. Sicut Clemẽs in ſexto Hipoti-
poſten, id eſt informationũ, libro ſcribit. Aſſumpto utiq; Euãgelio,
q̊d ipſe cõfecerat, prexit Aegyptũ, & primũ Alexãdriæ Chr̃m an-
nũcians, cõſtituit eccl̃iã, tãtȩ doctrinȩ & uitæ cõtinẽtia, ut oẽs ſecta-
tores Chr̃i, ad exẽplũ ſui cogeret. Mortuꝰ eſt aũ. 8. Neronis anno,
& ſepultꝰ Alexãdriæ, Hæc Hiero. cui ego uni plus credo, q̃ ſexcẽtis

Philo de chr̃ianis Alexandriæ.

Velenis & Lutheris. Neq; itẽ credo tibi, qñ dicis, Philonẽ ſcribere,
q̊d Marcꝰ ille, q̃ cũ Barnaba abierat in Cyprũ, Alexãdriæ Chr̃i no-
mẽ annũciauerit. Scripſit q̃dẽ ille multa egregie, de antiq̃s religiõis
nr̃æ inſtitutis, in eo p̃cipue libro, quẽ de uita cõtẽplatiua iſcripſt. Sed
neq; Marcũ neq; Petrũ aut Paulũ ibi noĩat, ne Chr̃m q̃dẽ, Noĩat ãt

Euſe. hiſto. ec. lib. ij. ca. xvij.
Hier. de ui. il.

chr̃ianos cultores & cultrices, ſiue id nois ipſe ĩpoſuerit primis illis
ex ipſorꝫ actibus colligẽs, Siue ṽo (inq̃t Euſebiꝰ) in initijs ita appel-
labant̃, q̃ ſcd̃m Euãgeliũ uiuebãt, anq̃ chr̃ianorꝫ appellatio ꝑ oẽm
locũ diffunderet̃. Vidẽs em̃ (inq̃t Hiero.) Alexãdriæ primã eccl̃iaꝫ
adhuc Iudaizãtẽ, q̃ſi in laudẽ gẽtis ſuæ librũ ſuꝑ eorꝫ cõuerſionẽ ſcri
ſit. Multa q̃dẽ hoc ex authore allegat Euſebiꝰ, multos cõmemorat li
bros eiꝰ Hieronymꝰ, Sed neuter d̃t eũ ſcribere q̊d tu ſcribis, ſcꝫ. Mar
cũ, q̃ cũ Barnaba in Cyprũ fuerat ꝓfectꝰ, iñ in Aegyptũ ueniſſe, &
Alexãdriæ nomẽ Chr̃i annũciaſſe, Neq; ego in ijs uoluminibꝰ eius
q̃ hñt Romæ pulcherrime ſcripta in Bibliotheca põtificia, q̃cq̃ tale
uidi. Neq; te unq̃ uidiſſe Philonis opa arbitror, id aũt q̊d alij allegãt
tu p̃ue intelligẽs, ſiniſtre adducis. Nõ igit̃ ex Cypro, ſed e Roma Mar
cus Euãgeliſta Alexãdriã ꝓfectꝰ ẽ. ¶ Ais. 4. Et Petrꝰ ex Chayro, hoc
eſt Babylone (quã Stephanꝰ & Ptolomæus in Aegypto ſitã eẽ tra-
dũt) ep̃laꝫ ſcribẽs, ipſiꝰ meminit. Nos ſuꝑ ex Papia, Clemẽte, Tertul
liano, Euſe. Hiero. alijſq; clariſſimis authoribꝰ oñdimꝰ, ꝑ Babylonẽ

Roma dicitur Babylon.

hic Romã figuralr̃ intelligi, nõ Chayrꝫ. nõ Semiramidis urbẽ. Non-
ne & tu ipſe mox in fine libri tui dicis. Sceleraq;, & errores occidẽta
lis Babylonis patefacimꝰ? Teip̃m igit̃ appello, Si tibi nũc ſub fide ca
tholica religioneq; chr̃iana degẽtẽ Romã, licet Babylonẽ appellare

Cur nõ

Protheus Velenus.

Cur nõ licuiſſet Petro, ſiue ſub Claudio, ſiue ſub Nerone Romã om
ni ſcelerũ, idolorũq; abominatiõe, ad uerticẽ uſq; cõtaminatã, Baby-
lona uocare? Quõ ãt nũc, iprobe Protheu, Chayrũ i Aegypto ſtatuis
quã ſup̃ in Arabia Strabonis authoritate (q̃uis falſo) eẽ uoluiſti? Nõ
ne dicebas Petrũ collimitaneas Iudææ regiones nõ exiſſe? Vbi aũt
legiſti Petrũ in Aegypto fuiſſe? aut ubi Aegyptus dr̃ Iudęæ collimi
tanea? Credibile eſt (inqs) hũc Marcũ Petro familiarẽ fuiſſe, cũ Alex
andria nõ procul a Chayro diſtet. Credo eqdẽ Velene & hũc Mar
cũ, ꝓpter quẽ a Paulo Barnabas diſceſſionẽ fecit, Petro familiarẽ fu
iſſe, Nã ut Hieroſolymis ꝑ angelũ liberat⁹ eſt e carcere de manu He
rodis B. Petrus uenit ad domũ Marię, matris (ut ait in actibus Lu-
cas) Iohãnis, q cognoĩatus eſt Marcus, ubi erãt multi congregati &
orãtes. Sed illa familiaritas nõ eſt facta (ut tu ais) ex uicinitate Chay
ri & Alexãdriæ (neq; em̃ uſq; adeo uicinæ ſunt hæ duæ urbes, q̃uis
in una ſint prouincia) qa nunq̃ fuit in Chayro, ne in tota qdẽ Aegy-
pto, Petr⁹, facta eſt aũt Hieroſolymis, cũ ex deuotiõe & meritis ma-
tris, tũ ex uirtute & cõuerſatione Marci ipſius. Aliũ tñ fuiſſe puto
Marcũ, eũ, q Euãgeliũ Romæ ſcripſit, & inde cũ Euãgelio in Aegyp
tũ uenit. Nã Marcus Barnabæ fuit apud Paulũ, qñ ſcripſit ep̃laʒ ad
Coloſſenſes, q̊ tꝑe iãpridẽ fundata erat eccl̃ia (ut ex Philone cõiicere
licet) Alexãdrina. Q, ſi ali⁹ fuit Marcus Barnabę, & ali⁹ Marc⁹ Pau
li, de q̊ ad Timotheũ nouiſſime ſcriptũ eſt. Neceſſario iam, non dubi
tatiue, ſequit̃, tres fuiſſe Marcos, unũ quidẽ Petri, alterum Barnabæ
tertiũ uero Pauli. Neq; debet hoc mirabile uideri, quod inter. 72.
diſcipulos (nullus em̃ ex duodecim ap̃lis nominatus aut cognomi-
natus eſt Marcus) reperiant̃ duo aut tres eiuſdẽ noĩs aut cognomi-
nis, quandoquidẽ & inter. xij. repti ſunt bini & bini cognomines Nã
& in euangelio & in actibus cõmemorant̃ duo Iacobi & duo Iudæ
Iacobus inq̃ Zebedei, & Iacobus Alphei. Iudas itẽ Iacobi (quẽ Mat
thæus & Marcus Thadeũ nominãt) & Iudas Scharioth. Quid, quod
& duo cõnumerant̃ inter ap̃los Chr̃i Symones? Alius em̃ dr̃ Symõ
Iohãnis, q & Petrus. Alius Symon Zelotes, quẽ Matthæus Symonẽ
Chananæũ noĩat. Nõ eſt igit̃ mirũ, ſi quid tale cõpertũ fuerit inter
72. diſcipulos, aut inter fratres plus q̃ quingentos, qbus uiſus eſt (ut
ait Paulus ad Corinthios) poſt reſurrectione dñs, cũ inter. xij. id nõ
ſemel fuerit factũ, Nõ eſt igit̃ temere per noĩa, cõtra eccl̃iã Petrũq;
traditiones, diſputandũ. Nã inter ap̃los aliqui ſunt, q̊rũ hi quidẽ ſub
uno noĩe ſunt multi, ut duo Symones, duo Iacobi, duo Iudæ, Alij ue
ro ſub una pſona multa hñt noĩa, Quippe, unus idẽq; dr̃ Petr⁹ & Sy
mon Iohannis. Vnus item q dicit̃ Symon Zelotes & Symon Chana
næus, Vnus præterea, qui dicit̃ Iudas Iacobi & Thadæus.

Marcus Barnabæ notus Petro.
Act. xv.
Act. xij
Alius Marcus Euangeliſta.
Diuerſitas nominũ in ap̃lis & diſcipulis Chriſti.
Lucæ. vi.
Act. primo
Mat. x.
Marci. iij.
Iohan. ult.
Lucæ. vi.
Mat. x.
I. Corin. xv.

¶ Ais qnto. Et de hoc Marco multa figmẽta reperiunt̃. Primo, q; am
putaſſet ſibi pollicem. Deinde, quod Romæ ſcripſerit Euangelium

Vtriuſq;

Vtriuſq; ſane dicti authorē habem⁹ B. Hieronymū, tuo quoq; iudicio
doctiſſimū. Prioris quidē in ꝓlogo, quē in Marci Euāgeliū ꝑmiſit. Po
ſterioris vero in libro de uiris illuſtribus. Huic credimus, nō tibi, nega
tiue arguēti, quia nō oia ſcripta ſunt in lr̄is ſacris. ¶ Ais ſexto. Et ſcrip-
torum uarietas mēdaciū hoc declarat. O linguā inutilē & ꝑnicioſam ex
infirmorum infideliūq; ſcādalis. Tu ne Hiero. & Clemēti opponas Pla
tynā? Certe Platyna nūq̄ tātæ fuit īpudētiæ, ut id ſperaret, Quæ tn̄ ē
ibi diſcrepātia? Hieronym⁹ fratrū, Platyna Romanorum ꝓcib⁹ īpetra-
tū ſcribit, ut æderet Marci Euāgeliū. Quaſi vero Romani, qui hoc effla-
gitarūt, nō fuerint frēs, hoc eſt, fideles & chr̄iani. Quoties vero Paulus
ad Ro. ſcribēs, frēs eos uocat? Quod aūt ſcriptorum uarietas nō ꝑimat hi
ſtoriæ ueritatē, iā ſup̄ abūde declaratū eē arbitror. ¶ Ais. 7. Quē oēs
uelut ex cōpoſito. 8. anno Neronis obiiſſe, Alexādriæq; ſepultū eſſe
ſcribūt. Verum enimuero hos decepit eorum indiſcretio Quæſo te Vele
ne, ſi ex aliquorum diſcordātia coarguis falſitatē, Cur nō ex oīm cōcordā
tia cōprobas ueritatē? Tu ne unus diſcretus es, oēsq; alii indiſcreti?
Quid habes cōtra octauū Neronis annū? quid cōtra ſepulchrū in Ale
xādria? Tibi ne, mēdaciſſimo alioqui iā ſæpe de mēdaciis & cōuicto &
recognito, nude loquēti credat̄, abrogata tot ſctis & antiquis pr̄ibus fi
de? Quæ eſt hęc tādē demētia? Quis credat Hieronymū, in lr̄is ſacris
ultra. 70. annos cōtinue verſatū, nō potuiſſe diſcernere, quod tā repente,
uix triū annorum aut mēſiū ſtudio, diſcernit poeticus theologus?

Marc⁹ & Ariſtarchus nō unus, ſed duo uiri fuerunt

¶ Ais octauo. Alter nāq; fuerat Marcus, noīe Ariſtarchus, qui coopa
tor & diſcipulus fuerat Pauli. Quis obſecro hoc tibi ſoli ſpūs indi-
dit, aut inſtillauit? Morphaicus nimirum, aut quis alius ſomniator me-
lancholicus. Qua enim phātaſia dicis, alterum fuiſſe Marcū, noīe Ariſtar-
chū? Vbi hoc dicit Paulus? ubi Lucas? ubi ulla ſcriptura? ubi ullus deni-
q; author aut expoſitor? Sed allegas nobis Paulū, dicētē. Salutāt te
Marcus Ariſtarchus, Demas, & Lucas, adiutores mei. Primū rogo
te, cur hic unus uir a te dr̄ Marcus & Ariſtarchus, potius quam Ariſtar-
chus & Demas? Certe neutrobiq; hic īteriacet cōiunctio. Interiacet

ii. Timo. iiii.

aūt ibi, ubi ad Timotheū ait. Salutāt te Eubolus & Pudēs, & Linus,
& Claudia & frēs oēs. Quid ergo? dicem⁹ ne, quod unus uir ſit Marcus

Nō ſubiacet grammaticis Paulus.

Ariſtarchus Demas, ſicut M. Tul. Cicero? Abſit, Nō ita ſolet loqui
Paulus, nō eſt rhetorculus Cicerorianus, interponit cōiunctionē ubi
uult, omittit ubi uult. Quid ad te? Loquit̄ ex ſpū ſcto, nūquid hūc uel
Quintiliani uel Priſciani ſubiugabis ꝓceptis? Quis ſcit igit̄, quā ex cau
ſa, ſcribēs apl's ad Philemonē ſine cōiūctione copulatiua ſalutat, di-
cens. Salutat te Epaphras cōcaptiuus meus in Chr̄o Ieſu, Marc⁹, Ari
ſtarchus, Demas, & Lucas adiutores mei? Nihil de his curioſitatib⁹
dixerūt ſcti authores Athanaſi⁹, Amb. Hiero. Chryſo. Aug. Grego
rius. Nō putauerūt grauiſſimi uiri, aliquē inter chr̄ianos futurum eſſe
uſq; adeo temerariū, qui tā friuola & mire grāmaticalia, imo nec ſatis

grāmaticalia

grãmaticalia, mouere auderet, ſerio, publice, aſſertiue. Sed ne diuti⁹ cũ hoc grãmatello tps grãmaticis nugis pdã, adduco ipm Paulũ, ut inter Marcũ & Ariſtarchũ planiſſime diſcernat. Verba ſane Pauli ad Coloſſenſes ſunt, Salutat uos Ariſtarchus cõcaptiuus meus, & Marcus cõſobrinus Barnabæ, de q̃ accepiſtis mandata, ſi uenerit ad uos ſuſcipite illũ. Ecce nõ eſt hic pnomẽ Marcus, ſicut qñ dicũt Romani ueteres, Marcus Portius Cato. Marcus Tullius Cicero. Sed poſtponit hoc nomẽ, uelut ex induſtria ſpũs ſcti, neqꝫ p tuã ueſaniã putet eẽ q̃ddã hic pnomẽ. Nõ ei dr, ſpũ ſctõ plen⁹, apls. Salutat uos Marc⁹ Ariſtarch⁹, ſꝫ ait ſalutat uos Ariſtar. & Mar. Quid habes hic uir iprobe q̃d oggãnias? Nõ ſunt igiť (q̃d tu putas) un⁹ nũero uir Marc⁹ & Ariſtarch⁹. Qꝫq̃ te nihil moramur, ſi nõ ſufficiũt tibi Marci duo, pone. 4. pone. 8, atqꝫ etiã bis. 8. Sed nõ pmittim⁹ tibi, corrũpere textũ ſupbiſſime p noua figmẽta. ¶Ais nono. Deniqꝫ ubi iã ſecundario in manus deuenit Neroni, & ingraueſcente ætate laboribus cõfectus, diẽ obitus accelerare uidens, Timotheoqꝫ e carcere ſcribens, eiuſdẽ Marci iterꝫ meminit. His de rebus ſup q̃dẽ ſatis dictuꝫ eſt, ſed qa tu improbe ſomnũ ſomnio cõtexis, ideo & hic pauca dicemus. Tu rurſus allegas ætatẽ Pauli ingraueſcentẽ. At Clemẽs, cuius Paulus meminit, poſt mortẽ Pauli, puenit uſqꝫ ad octauũ a Nerone Cæſarem, nẽpe ad Traianũ, ſub q̃ & in exiliũ deportatus & martyrio coronatus eſt, anno (ut in chronicis ponit Euſebius & in uita eius refert Platyna) impij eius tertio, a paſſione aũt dñi anno. 48. Ad q̃d tps puenit & Iohãnes Euangeliſta, q utiqꝫ nõ erat iunior Paulo. Nã qñ lapidatus eſt Stephanus, Paulus dr adoleſcẽs. Iohannes ṽo unus de pcipuis aplis, & iã nõ ſemel fuerat cũ Petro cõprehenſus & in carcerẽ poſitus. Et tñ neqꝫ Iohannes, neqꝫ Clemẽs ad centeſimũ ætatis annum legiť pueniſſe. Tu aũt imporobiſſime hic loq̃ris de Paulo, quaſi non martyrio, ſed ſenio cõfectus obierit. Ais em̃ & ingraueſcẽte ætate laboribus cõfectus, diẽ obitus accelerare uidẽs. Cur potius diẽ obitus q̃ diẽ paſſionis aut martyrij dicis? Nõne ipſe ait. Ego iã delibor? Hõ improbiſſime, q̃d in te cõmiſit Paulus, ut ſic oẽm ei gloriã ſuggillare atqꝫ eripe ſatagas? B. Ambroſius ait. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, pſecutor decretus eſt pro uirtute. Hæc tu oĩa tollis Dicis diẽ obitus, negas Romæ occiſum, ais & ſecũdario a Nerone dimiſſum, pro uirtute allegas ætatẽ ingraueſcẽtẽ, qn etiã decrepitũ, pro Nerone tribuis Petro q̃dẽ Ananũ Iudæorꝫ pontificẽ. Paulo aũt (neſcio q̃s) ſcribas & phariſæos. Quis impijſſimas iſtas ſuggillatiões tuas æquo aĩo ferat? At ne glorieris nr̃o de dolore, uindicẽ aploruꝫ diſertiſſimũ rhetorculo tibi oppono. Chryſoſtomus em̃ circa hunc (quẽ allegas) Pauli locũ ita dicit. Quã ṽo dr primã defenſionẽ? Neroni (inq̃t) iã aſtiterat, & illeſus effugerat. Vbi ṽo pincernã eius inſtituit ac fidei ſacramẽtis inſtruxit, tũc iã ipm capite trũcauit. Idem

Coloſ. 4.
Nõ fuit decrepitus Paulus.
Philip. 4.
Act. vii.
Act. iiij. & v
Derogat martyrio Pauli.
2. Timo. 4.
Ambroſius in ſermo. lxvii
Perſuaſiõe. 17
Chry. hom. x.
2. Timo. 4.

dixit añ hũc magnus ille Athanaſius, eũdẽ locũ exponẽs. Qũo ãt di-
cis hic eiuſdẽ Marci, cũ nulla fiat hic mẽtio Ariſtarchi? Vbi nũc ſunt
duo Marci tui? Nõne idẽ Marcus, q dr̃ Iohannes, & quẽ Paulus uo
Cloſ. iiij. cat conſobrinũ Barnabæ? Propter eũ em̃ Barnabas Paulũ reliqt, &
Act. xv. ꝓpter eũ facta fuerat inter chariſſimos amicos diſſentio. Qđ certe
factũ nõ fuiſſet (ut arbitror) niſi fuiſſet Marcus ille Barnabæ cõſobri
nus & ſanguine iunctus. Nos aũt liqdiſſimo probauimus, aliũ fuiſſe
hũc Marcũ q̃ Ariſtarchũ, Niſi igit̃ ꝓbaueris aliũ fuiſſe Marcũ, q di-
ctus ſit Ariſtarchus, nihil efficis. Mihi ꝓfecto credibile eſt, hũc Marcũ
ij. Timo. iiij de q̊ Paulus Timotheo ſcribit. Marcũ aſſume, eũdẽ fuiſſe, de q̊ idem
Coloſ. iiij. Paulus ſcripſerat Coloſſenſibus, dicẽs, Salutat uos Ariſtarchus cõca
ptiuus meus, & Marcus cõſobrinus Barnabæ, de q̊ accepiſtis mãda
ta, ſi uenerit ad uos, ſuſcipite illũ. Q, ſi eũdẽ etiã facis Euãgeliſtam iã
unicus remanet tibi Marcus. Coloſſus em̃ nõ in Rhodo (ut nonnulli
Coloſſ⁹ urbs putãt) ſed in Aſia (ut Athanaſius docet) ciuitas erat. Aſiaꝫ aũt metro
Aſiæ. polis erat Epheſus, ubi ep̃m agebat Timotheus, Niſi igit̃ Marc⁹ aut
Epheſi aut Coloſſi in uicina urbe fuiſſet, qũo ſcriberet Paulus Timo
theo, Marcũ aſſume & adduc tecũ? Vide cõfuſiſſime cõfuſor, qũo te
ſomnijs tã uarie textis te ip̃m ſic implicas & cõfundis. ¶ Ais deciõ
Sed ad qđ nã iubet aſſumi Marcũ? niſi ut Lucæ & Marco, electis a
Non ſcripſit ſpũ ſctõ diuinis ſcribis, eos relinqret ad reponẽdũ ſctm̃ Euãgelium.
Marc⁹ ex ore R̃ñdeo, Primũ. Si hęc ṽba ſunt Fabri Stapulẽſis, ut allegas, nihil me
Pauli ſꝫ Petri ꝑturbãt. Aequo em̃ aĩo feret (ſat ſcio) Stapulenſis pro ſua modeſtia,
potiorẽ haberi apđ me authoritatẽ Papiæ, Clemẽtis, Euſebij, & Hie
ronymi, q lõge aliter (ut ſup̃ uidimus) de Marco Euangeliſta referũt
q̃ iſta ſonãt uerba. Præter ſupius aũt allegata, hæc q̊qꝫ ſunt ṽba Eu-
Euſe. hiſto. ec. ſebij in hiſtoria eccl̃iaſtica, cõtra dicta ur̃a. Tradũt (inqt) ꝙ Lucas e-
Lib. iij. ca. ij. uangeliũ ſuũ ex ore Pauli deſcripſerit, Et ip̃m ſit, q̊đ apl̃us ſuũ euan
geliũ ſoleat noĩare, cũ dicit. Secundũ Euangeliũ meũ, Sicut & Mar-
cus, q̃ ex ore Petri fuerant p̃dicata cõſcripſit. Nõ puto equidẽ Sta-
pulenſem ita mendacẽ aut impudẽtẽ eſſe (ſicut tu exiſtis) ut ſe tam
grauibus & antiquis authoribus uel opponat uel p̃ferat, Sed dimiſ-
ſo illo, tecũ potius agã, q nihil nõ audes fingere. Dic igit̃ q̊ tp̄e ſcri-
Qñ Marc⁹ & ptũ ſit Euangeliũ Marci. Si em̃ poſt mortẽ Pauli (ut hic innuis) reli-
Lucas euãge- cti ſunt Marcus & Lucas ad reponẽdũ Euangeliũ. Qũo ſub Claudio
lia ſcripſerũt. & Nerone uitã euangelicã eccl̃iæ Alexãdrinę tã luculẽter deſcripſit
Philo Iudæus? Quis em̃ añ Marcũ Euangeliſtã Alexandriæ eccl̃iam
ij Cor. viij. inſtituit? Qũo deinde ait de Luca Paulus ad Corinthios, Miſim⁹ eti
am cũ illo (ſcꝫ Tito) fratrẽ nr̃m, cuius laus eſt in Euangelio ꝑ oẽs ec-
cleſias, Nõ ſolũ aũt, ſed & ordinatus eſt ab eccleſiis comes ꝑegrina-
tionis nr̃æ? Nõ ergo poſt mortẽ Pauli (ut tu ſomnias) Marcus & Lu
cas Euangelia ſua ſcripſerunt, ſed multo antea, Marcus em̃ Euange-
liſta. 8. anno Neronis (uti ſup̃ ex Hiero. & Platyna dixim⁹) obijt, cũ

tertio

tertio(ut habet in chronicis Euſebius)anno Claudíj e Roma uenerit Hier de ui.il.
in Aegyptũ,Alexãdriç Chr̃m annũciãs.Lucas ỽo laudẽ habebat in
Euãgelio ꝑ oẽs(ut ait apl̃s)eccl̃ias,priusq̃ Paulꝰ( ut clariſſime patet ij.Cor.viij.
eã epſãꝫ legẽtibꝰ)aut Hieroſolymis aut Romę fuerat captiuꝰ. Falſiſ
ſimũ eſt igit̃ q̃d infers,ſcꝫ,Marcũ Ariſtarchũ euãgeliũ ſcripſiſſe poſt Mendacia
mortẽ Neronis. Nã ſup̃ oñdimꝰ aliũ eẽ Marcũ,aliũ Ariſtarchũ.Oñ- Veleni.
dimꝰ itẽ aliũ fuiſſe Marcũ Petri,aliũ Marcũ Pauli.Marcꝰ ei,de q̃ Pe- I.Petri.u'r.
trus ait Salutat uos eccl̃ia,q̃ eſt ĩ Babylone collecta, & Marcꝰ filius
meꝰ,Euãgeliſta eſt & mortuꝰ eſt Alexãdrię.8.anno Neronis.Marcꝰ ij.Timo,iiij.
aũt,de q̃ Paulꝰ ait,Marcũ aſſume,nõ fuit Euãgeliſta,ſed uel cõſobri-
nus Barnabæ,uel aliꝰ q̃ſpiã ex diſcipulis Pauli. Necꝫ ullo mõ credẽ Alius ſtilus &
dũ eſt,ex eodẽ ore Lucã & Marcũ ſcripſiſſe.Eſt em̃ aliꝰ & aliꝰ ſtilus, ordo Marci,
aliꝰ ordo rerꝝ ,alia narratio utriuſcꝫ.Breuiſſimꝰ eſt & p̃cipue in mi- alius Lucæ.
raculis recẽſendis occupatꝰ Marcꝰ,Lucas ỽo Paulina maieſtate co-
pioſus & ãplus. Sed & certiſſimos habemꝰ teſtes,antiq̃s p̃res, Papiã
Clemẽtẽ,Euſe.Hiero & id genꝰ pl̃res,q̃ marcũ q̃dẽ ex ore Petri,Lu
cã ỽo ex ore Pauli Euãgeliũ ſcripſiſſe aſſeuerãt. His ego credo, non
barbaris ueſanijs,criminationibus,ſomnijs,figmẽtiſcꝫ tuis.

¶Cauillus Septimus.

Video hic te tandẽ tot impoſturis & calũnijs argutijſcꝫ uanis feſſum Feſſus & elũ-
& elũbe factũ,dũ adeo miſere atcꝫ debiliter,remiſſis omnibus ner- bis Velenus.
uis, deſinis & incũbis fractæ(ut uidimus)arũdini,tanq̃ parieti(ut cũ Pſal.lxi.
Pſalmiſta loquar)inclinato & maceriæ depulſæ.Quid em̃ affers hic,
q̃d nõ multis modis iãdudũ deſtruximꝰ,ꝑfregimus,calcauimus, ꝑ- Io han. xiiij.
rupimus,cõfodimus,ac uelut fumũ,aut uentũ in uanas aures diſieci
mus? Sed nõ in hoc gloriamur,gl̃iamur aũt in dño,q̃ eſt Lux uia &
ỽitas, Nec patit̃ a ſceleratis ꝑfidorꝝ apoſtatarꝝ machinatiõibꝰ euer
ti Petri nauiculã. ¶Ais primo. Has nenias ul̃ ſolꝰ riſus potis ſit explo
dere. Credo eq̃dẽ,ſi oẽs eẽnt ſil̃es tui.Nũc ſunt p̃limi adhuc & corda
ti & religioſi uiri,q̃ ueteribꝰ & Hieronymo,iſta narrãtibꝰ,credũt po Hier.de ui.il
tius q̃ tibi,Cõſtat ſane ex libris Philonis(q̃s in põtificis Bibliotheca in Philone
uidi)ip̃m fuiſſe & ſub Caligula & ſub Claudio Romę Iudęorꝝ lega- Potuit alloq
tũ.Acta em̃ illa & diligẽter & ꝓlixe deſcripſit.Cur ãt credibile nõ ſit Petrus Philo-
ip̃m ſub Claudio Petrũ Romę uidiſſe? Si Paulus tertio ſtatim dic,ut nẽ Romæ.
Romã uenerat,cõuocauit(Luca teſte)primos Iudæorꝝ, uticꝫ & Pe- Act.xxvi.
tro id licuit,& tãto quidẽ magis,q̃d Petrus circũciſionis(ut ad Gala Gala.ij.
tas dicit̃)Paulus uero p̃putij erat apl̃us. Q, ſi doctor gentiũ licite cõ
uocauit Romæ primos Iudæorum,Cur hoc non potuit facere prin
ceps apoſtolorꝝ,cui præcipue cõmiſſum erat circũciſionis Euange-
lium. Quis autẽ tunc inter Iudæos aut clarior aut præſtantior erat
Philone? Cur ergo non potuit eum alloqui Petrus?
¶Ais.2.Qui nã Phlio Iudęꝰ,ſub Claudii imꝑio Petrꝝ Romę cõuenire Quales ꝑſuaſi
poterat,quem nuncꝫ etiã Romæ fuiſſe,tot iam rõnibus ꝑſuaſimus? ones Veleni

Quales tuæ ſint pſuaſiones, ex ſup̄dictis liq̄do cognoſcit̄. Nā peni-
tus nihil ualent, ne fabā q̄dē. Sunt em̄ fœdæ mēdacijs, ſcabræ inep-
tijs, ulceroſæ inſcitijs, cūctiſq; pene argumētationū fallacijs, defecti-
bus, uicijs, mancæ, hiulcæ, ridiculæ. Si uis igit̄ credi tibi, diſſolue pri
mū demōſtrationes nr̄as, deinde repara fractas ac laceras pſuaſiōes
illas tuas ac melioribus accingere armis, ſi cupis p̄liū redintegrare.
¶ Ais tertio. Siq̄dē Paulus in fine impij Claudij Romanos lr̄is ſuis, ſi
dei ac uirtutū admonēs &c̄. Quid hic habes miſer, niſi hoc elumbe
Nō ſalutauit Paulus in ep̄la ſua ad Romanos Petrū? Quid, ſi ꝓprio
epiſtolio familiarius ei ſcripſerit? Nunq̄d oīa ſcripta Pauli habem⁹?
Chry. in pſal. l. homil. ij. — An ūo Petrus, princeps apl̄oꝝ (ut ait Chryſoſtomus) colūna eccl̄iæ
& fundamētū fidei, egebat ḡnali & publica illius ep̄læ magnæ ad-
monitione? Quid ſi eo tp̄e, ꝓpter arduū aliq̄d negociū naſcētis eccle
ſiæ, euocatus fuerit uel Hieroſolymā, uel Antiochiā, aut alio q̊cūq;
ubi princeps apl̄oꝝ opus tū fuerit cōſilio, authoritate, ſn̄ia? Nō em̄
Saliua Veleni nō ſalutat. — ſunt oīa pſcripta. ¶ Ais quarto. Tandē q̄rto Neroniani impij anno
Romā pductus, Petrū illic nō inuenit. Qui ſcis Luthere, ꝙ eū non
inuenerit? Ita ne ſp̄ in extrema tibi natat hoc elūbe ſaliua, Nō eſt ſcri
ptū, Nō alloquit̄, Nō ſalutat? Sed age, uideamus & aliud hic obiter
Error Veleni in calculādo. — q̄ bene conſtes tibiipſi. Ecce Paulus quarto (ut ais) anno Neronis
Romā pducit̄, & biēnio ibi exiſtit, deinde decē p̄terlabētibus annis,
ruſſus Romā uenit, ſecūdario captiuus. O egregiū calculatorē, ſciūt
profecto pueri, ex q̄tuor annis & biennio decēq; p̄terlabētibus an-
nis, cōſurgere annos. 16. Nero aūt nō regnauit, niſi annos. 14. Q̄uo er
go ultimo Neronis anno ad Timotheū ex carcere (ut ſæpe dixiſti)
ep̄lam dedit Paulus? Incidit ūo hic mihi & aliud tuū mēdacium,
Aliud mēdacium eius de Paulo. — Negas em̄ Paulū Romæ occiſum eē, qm̄ Hieroſolymis occiſum aſſe
ris. Sed dic obſecro, ſi ultimo Neronis anno erat (ut fateris) in carce-
re Paulus Romæ, qn̄ inde euaſit? qn̄ Hieroſolymā redijt? Scis ne hō
friuole, q̄ in ſtatu fuerit Hieroſolyma, ultimo Neronis anno? Parꝫ ꝓ
Ioſe. de bel. Iuda. li. v. ca. xi. — fecto diligēter legiſſe mihi uideris Ioſephū tuū, q primū q̄nto libro
belli Iudaici refert nūciatā Veſpaſiano mortē Neronis, qn̄ iā oīs ꝓ-
Miſeria Iudeorū ultio anno Neronis. — pe Iudæa, p̄ter Hieroſolymā erat deuicta, depopulata, capta. Nec
melior erat in ipſa Metropoli Iudæoꝝ cōdicio, tātis q̊tidie ſeditioni
bus, rapinis, cędibuſq; inter ſeſe debacchātiū atq; īmuniter ſæuiētiū
Quid, ꝙ extremi, ut Idumæi & Zelotæ, miſerabiles ciuiū ſtrages in-
tra muros Hieruſalē ꝑpetrabāt? Lege ſaltē finē q̄rti, & initiū q̄nti li
bri, ut uideas q̄dnā fuerit eo tp̄e Hieroſolymis, ꝓpter q̊d Paul⁹ aut
uellet aut deberet (q̊d tn̄ minime potuiſſet) e Roma Hieroſolymam
potius, q̄ Corinthū aut Epheſum Antiochiāve redire. Interfecti iā
erāt Ananus, Ieſus & reliqui pōtifices ab Idumæis & Zelotis, cæſi u-
na nocte ciuiū, octo milia, q̄ngēti, plebs animaliū inſtar mactata ab
eiſdē. Hæc utiq; cōtigerūt ultimo Neronis anno, q̄a nōdū erat Veſ-
paſiano,

paſiano mors eius nũciata. Qñ igiť, aut qũo, quave de cã tũc Hiero
ſolymã redĳſſet Paulus? Nunqd ita fatuus erat, ut intraret, vñ reliq
frẽs diuinitus iuſſi exierãt? Hæc em̃ ſunt ꝟba Euſebĳ. Eccľia ꝟo (in-
Euſe. hiſto. ec.
qt) q̃ in Hieroſolymis fuerat cõgregata, reſpõſo a deo accepto, emi-
lib. iii, ca. iii.
grare iubeť, & tranſire ad oppidũ q̊ddã, Pellã noīe, trans Iordanem
Quo ablatis ex urbe ſctis & iuſtis uiris, uindictæ cœleſti fieret locus
tã de urbe ſacrilega, q̃ de ppľo impio, ꝑ excidiũ patriæ, eũerſionẽq;
Figmẽtũ Ve-
ſumẽdæ. Vides nũc miſer Velene, q̃ ſtulte ac impudẽter etiã, nõ ſolũ
leni de Paulo
impie, negaueris q̊d affirmãt oẽs, atq; affirmaueris q̊d nemo nõ infi-
ciať, Ecce, Paulũ negas ſub Nerone occiſum eẽ, cõcedis nihilominꝰ
eũ Romæ ultimo Neronis anno in carcere fuiſſe, affirmas inde eua-
ſiſſe, Hieroſolymãq; redĳſſe, ubiq; a ſcribis & phariſæis ais interfe-
ctũ. Atqui feruebat tũc maxime bellũ Iudaicũ, cui Nero Veſpaſia-
De bel. Iudai.
nũ, cũ eſſet in Achaia (ut habet Ioſephus) p̃fecerat, anno impĳ ſui. xĳ
lib. iii, ca. pri.
Eo em̃ anno (ut in chronicis ponit Euſebius) Iſthmia celebrauit & Pi
Cor. Ta, li, xv.
thia. Nec uerisiľe eſt, ꝙ Nero, q tã crudeľr (ut ſup̃ ex Cor. Tacito re-
tulimus) in chr̃ianos ſæuiebat, Paulũ e carcere demiſerit, ꝑſecutiõe
iã cœpta. Quocũq; tñ pacto inde euaſiſſet Paulꝰ, Hieroſolymã, ꝑ-
fecto nõ redĳſſet. Quid ita? qa miſerãda erat tũc ibi reꝝ facies, bellũ
ſeditio, rapina. cædes, incẽdiũ, ſtrages, uaſtitas, breuiter oĩs maloruꝫ
lerna, nihil Chr̃i, nihil eccľiæ, nullus fratrũ. Cur ergo illuc redĳſſet?
aut qũo ibi eſt interfectus ab interfectis iã antea ſcribis & põtifici-
bus? Nõne ꝟo mox poſtea urbs ipſa eſt a Tito obſeſſa, capta, exciſa?
Qũo ergo in eã redĳt Paulus? ¶ Ais qnto. Sin ꝟo ea rõne Philo chri
Peruicacia
ſtianos laudaſſe putať, ꝙ cũ Petrn inierit amicitiã, ego in Iudæa po-
Veleni.
tius id cõtigiſſe crediderim. Mira profecto eſt hæc tua Velene ꝑui-
cacia cõtradicẽdi ſtudiũq; ſingularitatis. Quid, ſi Philonẽ nunq̃ eſſet
alloquutus Petrus. Sequiť ne ꝓpterea Petrũ Romæ nũq̃ fuiſſe? Pro-
ba tu nobis, Petrũ in Iudæa colloquiũ aut amicitiã inĳſſe, ſi antiq̊ꝝ
relationi nõ credis. Nos qdẽ pro certiſſimo affirmamꝰ, Petrũ Romę
fuiſſe. Q, aũt illic Philonis uſus ſit amicitia, nõ ita pro certo habemꝰ
Credibile tñ eſt (ut ſup̃ dixi) id factũ eſſe. Licet igiť certũ nõ habea-
mus (cuius meminiſſe queã) huius rei authorẽ, antiqua tñ fama plus
ualet apud nos, q̃ nuda & mẽdacĳs infecta, aſſertio tua, Cur em̃ in
Iudæa potius q̃ Romæ id factũ fuiſſe putas? Quia Petrus (inqs) in Iu
dæa, Chr̃m p̃dicãdo, ætatẽ ſuã cõſumpſit, & mortẽ inibi paſſus eſt.
Nõ cõſump-
Nos qdẽ minime negamus Petrũ in Iudæa p̃dicaſſe, ſed id maxīe
ſit oẽm ætatẽ
inficiamur, ꝙ ibi ętatẽ ſuã cõſumpſerit & martyriũ ſubierit. Nec tu
in Iudęa Petrꝰ.
id nobis ꝓbabis in æternũ. Scimꝰ em̃ ex ſcripturis Petrũ Antiochię
fuiſſe, Scimus eũdẽ fuiſſe in Cappadocia, Ponto, Galatia, Phrygia,
Bithynia & Aſia. Scimus itẽ ipm̃ fuiſſe in Babylone, Id eſt Roma, ut
ſup̃ ex authoritate Papiæ, Clemẽtis, Tertulliani, atq; Hieronymi di
ximus, quã & tu ipſe hic occidẽtalẽ Babylona uocitas, Scimꝰ deniq;

 exan-

ex antiquiſſimis ſcriptoribus ſanctiſq; patrib⁹ eũ Romę a Nerone, nõ
Hieroſolymis ab Anano põtifice (ſicut tu ſomnias) eẽ crucifixũ. Si⸗
ue ſit, ſiue nõ ſit cũ Philone collocutus, nihil hoc ad cauſam & q̃ſtio⸗
Hier. de ui. il. in Philone
nẽ nr̃am. Licet nos libẽtius antiquã famã, q̃ nouũ ſomniũ tuũ am⸗
plectimur. Hæc ſane Hieronymi ſunt uerba. Aiunt hũc (loquit̃ Phi
lonẽ) ſub Caio Caligula Romæ piclitatum, q̊ Legatus gẽtis ſuę miſ
ſus fuerat. Cũ ſcd̃a uice ueniſſet ad Claudiũ, in eadẽ urbe loquutũ
eẽ cũ apl̃o Petro, eiuſq; habuiſſe amicitias. Et ob hãc cauſam etiã ec
cleſiã Marci, diſcipuli Petri, apud Alexandriã ſectatoris ornaſſe lau
dibus. Ecce famã antiquã. At p̃ter te, hoĩem nouũ & ĩpudẽtẽ, nemo
prorſus affirmat Petrũ ĩ Iudæa, uel cũ Philone locutũ, ul̃ ab Anano
(crucifixum eſſe

## ¶PERORATIO.

Exhortatio ad pœnitẽtiã

TEmpus eſt (credo) iã, ut poſitis armis receptui canã pugnã hic
ſiſtens. Reliquũ eſt aũt, ut ualedicẽdo, te (q̇ſq̇s ſub larua iſta la⸗
titas) paucis fideliter admoneã. Añ oĩa noli nimiũ huic cõfide
re laruæ. Si latitas ſub ipſa corã hoĩbus, nulla certe larua te ꝓteget
Mat. x. Apoca. ij.
a fide dei Iacob. Nihil eñ eſt optũ (inq̇t ipſe dñs) q̊d nõ reueleť, nihil
occultũ, q̊d nõ ſciať. Peccaſti, q̇eſce, age pœnitẽtiã, memor eſto unde
excideris. Charitatẽ primã reliq̇ſti, fidẽ ꝑdidiſti. Scit (crede mihi) is q̇
hꝫ Rompheã, ex utraq; q̇te acutã, ubi habitas, ubi ſedes ẽ Sathanę.
Reſipiſce igiť & pete ueniã. Sin minus, ueniet & ille tibi cito, & pug
nabit tecũ in gladio oris ſui, ſic ꝓfecto uenit Nouatiano, ſic Arrio,
ſic Iouiniano, ſic reliq̇s hæreticæ p̃uitatis peſtib⁹. Veniet certe, ſi for
Mat. v.
te tardius, ſcit ſupplicij tarditatẽ pœnæ grauitate cõpẽſare. Hæc tibi
ex charitate, quã & inimicis debem⁹, ſcribo, nõ ex metu. Si cupis in
Scãdaloſę iſtę contentiones
p̃liũ redire, nihil recuſo, niſi q̃d mallẽ ſcãdala e uia tolli. Vtinã liceret
nobis hãc pugnã, intra priuatos parietes, corã paucis, q̇ iuxta & do
cti eẽnt & pij, iudicibus & inire & finire, nec ſic ꝑ ſcãdala eſſem⁹ plu
rimis odor mortis in mortẽ. Nõ eñ ædificãt in ppl̃o hmõi cõtẽtiões
Ego ꝓfecto nõ ſine magno rubore, indignatõe, tædio, dolore, triſti⸗
ciaq;, ad tot ac tãtas iniurias, calũnias, ineptias, ĩpietateſq; tuas rñdi
Tertu. d̃ p̃ſcri pti. hæreti.
Scio eñ ex Tertulliani. Hiero. Aug. multaꝝq; & legũ & hiſtoriaꝝ
lectione, hmõi diſputatões abſq; ſcãdalo fieri nõ poſſe. Neceſſe q̇dẽ
Mat. xviij.
eſt, iuxta ſaluatoris nr̃i dictũ, ut ſcãdala ueniãt. Veruntñ, uæ hoĩ per
Rom. xiiij.
quẽ ſcãdalũ uenit. Quæ pacis ſunt (inq̇t apl̃s) ſectemur, & q̃ ædifica
tionis ſunt, inuicẽ cuſtodiamus. Noli ꝓpter eſcã deſtruere opus dei
Si nõ ꝓpter eſcã, q̃to minus ꝓpter uanã gloriã. Quę eñ fuit tibi ne
ceſſitas, tã ĩprobũ ædere libellũ (q̇ penit⁹ nihil ædificat, ſed plurimos
Facit indignatio uerſum.
deſtruit, ꝓpter q̊s mortu⁹ eſt Chr̃s. Niſi ꝙ uanã iñ gloriã ſperas: ſcꝫ,
hic uir hic ẽ, q̇ fortior Hercule, cœlũ rũpit & inuadit, triformia mõ⸗
Laudať a ſuis Velenus.
ſtra reuincẽs. Videor mihi ſane uidere nũc os tuũ ĩpudẽs & ĩprobũ
barbarico riſu hians & amplũ, q̊ties tibi ſceleꝝ ſocij (ſiue ij Centauri
ſint, ſiue Lapithæ) dicũt, macte uirtute, macte ingenio, doct⁹ & egre
gius eſt

gregius eſt hic liber tuꝰ, magnũ habes nomẽ, ĩmortalẽ tibi gloriã pe
periſti, abijce iã laruã ſecurꝰ, cõfitere nomẽ tuũ corã regibꝰ & princi
pibus, abiecto timore, p̃miũ uictoriæ poſtula, tuſſiũt Romani Syco⸗
phãtæ, neſciũt qd dicãt, qd agãt, nullũ hñt effugium, cõcluſi iacẽt &
mœrent. Quin igĩ aperi gẽtibꝰ, q̊d ꝟo tibi eſt nomẽ, exue fictã pſo⸗
nã, noli patriæ tm̃ decus inuidere, noli tardare diutius, ne forte aliꝰ
tibi hãc p̃ripiat laudẽ, ut tu mœſtus cũ Vergilio q̃ternũ illud hemi⸗
ſtichiũ tecũ ingemiſcas. Sic uos nõ uobis. Hęc & id genus pleraq; te
dulciter nũc titillãt, aĩoq; elatũ reddũt, iuxta illud Naſonis, theologi
urĩ. Quid petĩ tãdẽ ſacris niſi fama poetis? Ego aũt dico tibi Vele⸗ Vana umbra
ne, lõge aliter, ſi minus ſuauiter, certe magis pie ac uere. Memẽto, q̃ nominis.
uana ſit noĩs umbra, p̃ſertim ita p ſcelus acqſita, memẽto q̃ breuis ſit Iob. vij.
hæc uita, & dic cũ btõ Iob, Vẽtus eſt uita mea. Et cũ Pſalmiſta, qa ca⸗ Pſal. lxxvij
ro ſum, ſpũs uadẽs & nõ rediẽs, Memẽto itẽ, q̃ graue ſit ſcãdalizare
puſillos. Quot aũt putas hoc tuo peſtilẽtiſſimo libro iã ſcãdalizatos,
& q̊tidie ſcãdalizari? Q̃to ſatius eẽt aĩæ tuæ pie ac neceſſario reuo⸗
care, qd ĩpie & petulãter ædidiſti? Time illud ſapiẽtis. Qui in altum
mittit lapidẽ, ſup caput eiꝰ cadet. Et plaga doloſa, doloſi diuidet uul
nera. Et q foueã fodit, incidet in eã. Et q ſtatuit lapidẽ proximo ſuo,
offendet in eo. Et q laqueũ alii ponit, pibit in illo. Facienti neqſſimũ
cõſiliũ, ſup ĩpm deuoluetĩ, & nõ agnoſcet, unde eueniet illi. Illuſio &
ĩproperiũ ſupborꝝ, & uindicta, ſicut leo inſidiabitĩ illi. Deniq;, laq̃o
(inqt) pibũt, q oblectantĩ caſu iuſtorꝝ. Hinc pfecto eſt, q̊d ait ad Co I. Corin. viij.
rinthios apl'us. Si eſca ſcãdaliſat fratrẽ meũ, nõ mãducabo carnẽ in⸗
æternũ, ne fratrẽ meũ ſcãdalizẽ. Scãdalizantĩ aũt maxĩe frẽs p nouas ij. Timo. ij
& ĩpias doctrinas. Idcirco ſcribit ſæpe, ut ſtultas & ſine diſciplina q̃⸗ Tit. iij.
ſtiones deuitemꝰ, ſciẽtes, qa generãt lites, ſunt inutiles & uanæ, pfi⸗
ciũt ad ĩpietatẽ, & ſermo eorꝝ ut cancer ſerpit, Ideo nõ uult nos con Queſtões ſine
tẽdere uerbis, ad nihil em̃ utile eſt (inqt) niſi ad ſubuerſionẽ audiẽtiũ diſciplina
Ride iſta Velene, ut lubet, Ego pfecto nollẽ accipe oẽs theſauros mũ
di, ut ſciens uolenſq; tot ſcandala darẽ, q̊t tu hic uno in libello dediſti
Deus miſereatĩ tui, & cõuertat te, ut cõuertaris ad eũ. Nũc em̃ longe
receſſiſti ab ipſo, Eo, q os tuũ maledictione plenũ eſt & amaritudine
(ut ait propheta) ſub lingua tua labor & dolor, Et ſedes in inſidiis cũ Salo. ix.
diuitibus, ut interficias innocentẽ, Deus cuſtodiat pplm ſuũ, Amen

¶ Coloniæ in officina honeſti ciuis
Petri Quentell. Anno. M. D.
XXV. Menſe Februario.

B.VII.7.

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg